

Post Indam in Altis feria 6

F. 6 De clavis, et lanzae Christi dy
omnia, ut in inventiones exuas
procer hodie quæ hic ponuntur.

Ad vesp: i, 21 et laudes Antiphona.

Hasta Regem gloriae Christum
cruentavit. Num crucis in arbo
re Dng regnabit. Alleluia.

Hanc trecentam lanceam omnes
adorem, et in eis laudibz, seoyos
in biling. Alleluia.

Vix milium lancearum labz eius
aperuit, et continuo exiit,
sanguis, et aqua. Alleluia.

Ecce morbus, et ecce sum vius in
saecula saeculorum. Alleluia.

Sempiterna gaudia Christus
tunc Denarii, cum clavis, et
lancea mortalem superauit. Alleluia

Summa dñs Iacobem inexpugna
bile aquilatorem, acutus autem du
ram stram in lanceam, et pugna
bit cum illo orbis terrarum contra
insensatos. Hymnus

Pange lingua gloriosa lancea
predicatione, qua reclusit preciosd

casaram flumine. Passio Christi do-
lovers. Pro salute genium Hassa
qagis praeceptata mundi pandit preium
Coridis tactu preparata fib sagitta
fortium, arba clavi sunt testa
contra vires Damorum.

Dulcis hassa Dei latq spoliasti sang-
uine, Dulces clavi, q ui reatq ex-
purgabis flumine, ut sit mundus
emundatq, et sanatus vulnera
Hassa fulcit viatores, et limiter
animat. Et ostendo collaboro cordis
suffco roboret.

Clavis firmat, et das rores pusilosc
recteas.

Fecu vitor inferorum, qui tricu
phab lancea, et virtute, qui cla-
uorunt, restaurasti omnia.

Grac, ut horum, nos armorum muni-
ans praesidia. Amen.

M: Accipies armaturam Qdus illig. All.
Hec amabilis creaturam ad vulnus
rem inimicorum. Alleluia. Ad magnu-
m 2 vesp: antiph. Collaudans Christi
clementiam, q ui per gloriose cla-

clausos, et lanceam dab Ecclesia de
inimicis victoriam, et in calo
victam, et coronam perpetuam. Alio
oratio

Deus, qui asumpta carnis infirmita
te clavis affigi, et lancea vulnera
ri pro mundi salute voluisti;
concede propitiis, ut qui corundem
clauorum, et lancearum solemnia ve
neramur in terris, De gloriost
victorid tua triumpho gratule
mur in celis. Qui uuiis, et regnas.

Ad 3: capit: sumat Dng scutum et:
Apprehende arma, et scutum. Allel: Alle:
apprehende arma, et scutum. A: A:
et exurge in adiutorium mihi. A: A:
gloria Patris, Apprehende arma. A: A:
Si Goderunt manus meas, et pedes meos.
Si dimiserant ossa mea, si:
Ad 6 capit: Gratia vobis, et pace ab
eo, qui est, et qui erat, et qui
venit a me, et a Jesu Christo,
qui est testis filialis, primogenitus
mortuorum, et Princeps Regum
terre, qui dilexit nos, et lauit nos
a peccatis nostris in sanguine suo.

¶ Proderunt manus meos, et pedes meos fuit
fodere. A:A: Similiter auerunt
omnia ossa mea. A:A: Proderunt astri
quem tu percusisti, persecuti
sum. Alleluia. Et super dolorem
vulnerum meorum addiderunt. A:
A: S 9 capite Ego sum primus, et no-
uimus, et unus: et fui mortuus,
et ecce sum vivens in sacula, sal:
W quem tu percusisti, persecuti
sum. A:A: quem percusisti. A:A
et super dolorem vulnerum
meorum addiderunt. A:A: gloria
¶ ipse vulneratus est propter
iniquitates nostras. Alleluia.
¶ afflito est propter scelera nost
ra. Alleluia. Oremus

In primis vesp: psalmi de dominica
loci ultimi psalmi. Deinde cantate dominum
in secundis vero dicatur ps: credidi

PROPRIUM
SANCTORUM
CATHEDRALIS
ECCLESIÆ ET DIOECESIS
LABACENSIS

JUSSU ET AUTHORITATE

*Reverendissimi, & Celsissimi
Domini Domini*

SIGISMUNDI CHRI-
STOPHORI
EPISCOPI LABACENSIS , SACRI
ROMANI IMPERII PRINCIPIS , COMITIS
AB HERBERSTAIN. &c.

Editum.



LABACI. Typis Iosephi Thaddæi Mayr , Inclytæ Pro-
vinciæ Carnioliae Typographi.
Sumptibus Joannis Caroli Mally. Bibliopegi.
ANNO M. DC. LXXXVII.

SIGISMUNDUS CHRI- STOPHORUS

Dei , & Apostolicæ Sedis
Gratia Episcopus Labacensis. S. R. I.

Princeps , Comes ab Herberstein &c.

*Universo nostro Diæcessis Labacensis Clero
Salutem in Domino.*

Intra alia, super quæ Pasto-
ralis Officij nostri solicitude
indefessè circumspecta esse
debet, illud magni temper-
e duximus, ut Divina Psalmodia à
Clero noctro ritè Deo persolveretur, &
singula Officia etiam noviter à Sede A-
postolica , aut Breviario Romano addi-
ta, vel in dies alios translata, seu quo ad
ritum aliquem immutata ab omnibus
tam publicè in Choro , quam privatim
debito modo, & ordine recitarentur.
Cùm verò in nostra Ecclesia Labacensi
magna penuria aliquorum Officiorum ,
præcipue illorum, quæ recenter à san-

cta Romana Ecclesia emanarunt, ani-
madversa sit, quæ causa esse poterat, ut
multi discordibus labijs psallerent Do-
mino. Idcirco huic prvidere vojen-
tes, omnia Officia novissima, sive ea pro
universal Ecclesia, sive pro Germania,
aut Provincijs Hæreditarijs Augustissi-
mo Romanorum Imperatori subiectis
à Summis Pontificibus concessa, vel præ-
cepta, tum etiam propria Dioecesis no-
stræ, in præsentem libellum secundum
exemplaria Romana diligenter conge-
sta, typis mandari jussimus: Præsenti-
bus universum Dioecesis nostræ Cle-
rum, in Domino hortantes, ut hoc libel-
lo provisi, singulis Officijs in Directo-
rio præscriptis diligenter, & devotè, tam
in choro, quam extra, debitum suæ for-
tis pensum exsolvant, & ita concordi
lingua laudantes Dominum in ubiorem
fibi, totique Ecclesiæ gratiam promere
antur. Datum in Palatio nostro Episco-
pali Labaci. Die 17. Decembris. 1686.



PROPRIUM SAN- CTORUM

DIOE CESIS LABACENSIS.

Dic vi. Februarij.

*In Festo S. Dorothææ
V. & M. in Eccl. Oberburgensi, & ipsi
subjectis per Styriam,
& Carinthiam cu-
ratis Ecclesijs Patro-
næ minus Principalis
duplex majus.*

*Vesp. de S. Dorothæa,
ut in com. Virg. Oratio.
Indulgentiam. cum
comm. S. Agathæ. ex
Breviario.*

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno

Lectio IV.

*Dorothea Virgo. ut
babetur in Breviario.
Lect. V. & VI. de Sermoni
S. Ambrosij Ep. Quoniam
hodie de com. Virg. I. loc.*

In tertio Nocturno.

*Hom. in Evang. Si-
mile est Regnum cæ-
lorum thelauro. de
com. non Virg. RR. de
com. Virg.*

DOMINICA II.
post Pascha.

*Dedicatio Ecclesiæ
Cathedralis Labacen-*

sis, dup. I. class. per totam Diæcesim, in Civitate cum Octava

Omnia ut in Breviarij Communi, cum 9 Lect. & comm. Dominiæ in Laud. & utrisque vesperis.

DOMINICA III. post Patcha.

Dedicatio Ecclesiae Oberburgensis. dup. I. classis per omnes ei subjeclas Parochias, Oberburg etiam cum Octava.

Dic xii. Julij.

SS. Hermagoræ, & Fortunati Patronorum totius Provinciæ Carniolie.

Qui primi Evangelica luce has gentes à mari A-

riatico, usque ad Dravum fluvium illustrarunt.

Duplex I. classis.

Officium fit de communi plurimorum Martyrum extra tempus Paschæ. Præter ea, quæ bic sunt propria.

Oratio

Deus, qui nos hodierna die Beatorum Martyrum tuorum Hermagoræ, & Fortunati multiplici facis celebritate gaudere: tribue quæsumus, eorum nos semper pijs defensionibus muniri, & Orationibus adjuvari. Per Dominum, &c.

Lect. I. Noct. de Epistola B. Pauli Apost. ad Romanos. Fratres debito es, &c. ut in communione plurimorum Mart.

In

In secundo Nocturno
Lectio. IV.

Hermagoras natione Germanus civis Aquilejensis B. Marci Evangelistæ, qui primus in eadem Ecclesia Evangelium prædicavit, Discipulus, cum eo Romam petuit, ubi à Beato Petro Apostolorum Principe baculo Pastorali insignitus fuit: Aquileiam inde repetens dam creditæ sibi Ecclesiae excolendæ invigilat, apud Sebustum Præsidem accusatur, quod Christum jugiter prædicans Deorum cultum evertet, quamobrem diutissimè cælus, cum interea Christo gratias ageret, ac Præsidis de-

rideret lævitiam jubetur in equulco suspensi, & unguibus peccatus dilaniari. Indè admotis pectori laminationis carentibus, atque accensis lampadibus ad latera applicatis, quo diriora experiebatur supplicia, eò dulciores Christi laudes fortissimus Martyr efferebat.

R. Sancti tui Domine mirabile concreti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illæsi in aquis validis: Terra apparet arida, & in mari Rubro via sine impedimento. V. Quoniam percussit petram & fluxerunt aquæ, & torrentes inundarunt. Terra.

Lectione V.

EO spectaculo commota civitate, Sebas tus furorem Populi timens subtrahitum tortoribus Hermagoram carceri tetto emancipat. Nox erat, cum eo loci ingens de Cœlo effusit lumen, atque perlungis odor replevit carcerem; quibus prodigijs excitatus Pontianus carceris custos, ac illustratus ea cælesti luce antiquam superstitionis caliginem discutiente, ad pedes sanctissimi Prætul is provolutus initiari postulat Christianis mysterijs. Cujus exemplo excitata Civium multitudo ad Hermagoram certatim con-

fluit, ac crucifixi Dei gloriam cælesti spiritu prædicantem atten dit, ejusque Religio nem veram esse, atque unicam in cœlum vi am edocta, Christiano Gregi per lavacrum regenerationis adjungitur, incredibili cum gaudio Sancti Pastoris. Fuit ex eo numero Gregorius Patritius Aquilciensis, cuius filiam è triennio energumenum, jubente Hermagora, Dæmon dimisit, peripientibus cunctis, atque è carcere egressus, Gregorio, univerlaque illius familia proprijs in ædibus baptizata, in carcerem ultrò revertitur, quem ob crebra miracula Dei la cra-

cranium reddiderat, ac sibi inter loci illius angustias, & Iqualorem, tanquam in Cœlo æternis cum Christo delicijs frui videbatur.

R. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine : Ut hæredes fierent in domo Domini.

V. Tradiderunt corpora sua propter Deum ad Iuplicia. Ut hæredes.

Lectione VI.

CVm itaque adverterent Presbyteri, & Clerici, Hermagoram amore Christi Domini ita succensum, ut nihil magis quam martyrium exoptaret, rogabant quid facturi de nocte immiserit, essent co sublato, & qui Christi Athletis

responsum acciperunt quod Fortunatum suum Archidiaconum in Episcopum eligerent, qui sacris undis Matronam Vitudiam Alexandriam nomine abluerat, quæ in carccrem, Præfecto annuente, admissa ad pedes Hermagoræ lumen oculorum jam receperat. Quibus ad Sebastum delatis Fortunatum quoque in cundem carcerem detrudi jubet, ubi tam multa perambos edebantur indies miracula, ut semper magis sibi metuens Sebastianus multitudinem Popoly, quæ Christo adhaeserat, Spiculatorem

cervices abscinderet.
Quo peracto, cadaver,
& tanguis à Pontiano
clam collecta, &
à pia muliere Alexandria
Gregorio adjun-
tore, aromatibus de-
libuta, in agro suo
juxta urbis mænia
per honorificè condi-
ta sunt. Passi sunt
sub Nerone Cælare
Quarto Idus Julij.

R. Tanquam au-
rum in fornace proba-
vit electos Dominus,
& quasi holocausti
hostiam accepit illos,
& in tempore erit re-
spectus illorum: Quoniam
donum & pax
est electis Dei.

V. Qui confidūt in
illum intelligent veri-
tatem, & fideles in
dilectione acquiescent

illi. Quoniam donum,
&c. Gloria. Quoniam.

In tertio Nocturno
Evangelium: Cum
audieritis, &c. *Homi-
lia S. Greg. Pap ut in eo-
dem communi.*

Missa. ut habetur in
Indice Novarum Missarum, præterito Anno
Labaci impressarum.

Die xiii. Julij.

*Secunda die infra Octa-
vam,* Officium fit de
S. Anacleto Pap. & M.
semid. cum comm. Oct.

Die xiv. Julij.

*Tertia die infra Octa-
vam.* Fit de S. Bonaventura Ep. & Conf.
ac Eccl. Doct. dup.
cum comm. Octave.

Die xv. Julij.

*Quarta die infra Octa-
vam.* Fit de S. Henri-

co Imperatore, Confessore. dup. cum comm.
Octav.

Die xvi. Julij.

Quinta die infra Octavam. Fit Officium Commemorationis B. M. V. de Monte Carmelo. dup. maj. cum com. Octav.

Die xvii. Julij.

Sexta die infra Oct. Fit de S. Alexio Conf. semid. ad lib. cum comm. Octavæ.

Die xviii. Julij.

Septima die infra Oct. Fit de S. Ioanne Gualberto Abb. dup. (fuit 12. Julij) cum com. Oct.

Die xix. Iulij.

In die Octava SS. Hermagoræ, & Fortunati duplex.

In primo Nocturno
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Fulgentij Episcopi. Ser. 10.
Lectione IV.

Delectat videre campos segetum aureis maturitatis calamis aristarum, deliciabilius libet attondere campos Ecclesiæ martyrum micantes, plantatos de uno cruce per Agni sanguinem innocentem. Segetes etenim sunt passiones martyrum, juxta curlus aquarum rigati fontibus lacrymarum: nam sic modo beatus David martyrum purpurata germina, & ante messores gaudiorum tan-

8 PROPRIUM SANCTORUM.

quani manceps tecan-
ti messoria , cythara
decantabat : Qui se-
minant, inquit, in la-
crys, in gaudio me-
tent. Vbi seminant
in lacrymis, nisi jux-
ta arborem crucis, ubi
est fons proximus Sal-
vatoris ?

R. Sancti tui.

Lectione V.

Inde de latere ejus
sanguinis guttae stil-
larunt, & pluvia cruo-
ris, & aquæ seminata
est tolerantia confel-
lorum. De ipso ligno
virentis crucis juxta
fontem sanguinis plan-
tata virginitas floruit
castitatis: inde plan-
tata martyrum tole-
rantia, cœpit feminis
sui germina colligere
purpurata: nam unde

Martyres tolerant, nisi
per dominicam cru-
cem? unde Martyres
in quorum cordibus
lex Dei est, maledictio-
nes non timent ho-
minum, nisi quia Christus
Dominus pertulit
patienter improperia
Judæorum? ista ergo
seminatio sanguinis
Christi fecit feminis
martyrum pullulare in
campo matris Ecclesie,
& dicit David:
Qui seminant in la-
crys, in gaudio me-
tent: euntes ibant, &
flebant. R. Verbera.

Lectione VI.

Sic perrexerunt,
quomodo reverentur?
non flentes, sed
gaudentes: non ad-
huc feminantes, sed
manipulos suos læta-

cer-

Cervice portantes. O germina! quæ non urit flamma, quia juxta flumen sunt vitreum in Jerusalem, & perpetuo virescunt flore immortalitatis vitæ æternæ. Nesciunt marcelcere, quia non timuerunt pro iustitia flammis arderi, quia agnus deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & delebit omnem lacrymam ab oculis eorum, & floribunt sicut lilyum in medio Angelorum.

R. Tanquam aurum.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Lucam.

Lectio VII. c. 21.

IN illo tempore dixit Jesus discipulis suis: Cum audieritis

prælia, & seditiones nolite terrori: oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis, Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Serm. 14. lib. 50. hom.

Dominus noster Iesus Christus, testibus, id est, martyribus suis pro humana fragilitate sollicitis, ne forte eum confitendo, atque moriendo perirent, magnam securitatem dedit, dicens: capillus de capite vestro non peribit. Times ergo ne pereas, cuius capillus non peribit: Si sic custodiuntur superflua tua, in quanta securitate est anima tua? Non perit capillus,

lus, qui cum tondetur, non sentis, & perit anima, per quam sentis? Sanè multa cura eos passuros esse prædictixit, ut prædicendo ficeret paratores, dicerentque illi, Paratum cor meum.

R. Propter.

Lectione VIII.

Quid est, Paratum cor meum, nisi parata voluntas mea? Paratam ergò habent Martyres voluntatem in martyrio, sed præparatur voluntas à Dominō. Illis autem in malis duris, atque asperis futuris commorans adjecit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. In patientia vestra, inquit. Non enim esset pati-

entia tua, si non ibi esset & voluntas tua. In vestra patientia: sed unde vestra? Nostrum cūt, quod à nobis habetur, nostrum cūt & quod nobis donatur. **R.** Sancti mei.

Lectione IX.

Quomodo enim a liquid donas, nisi ut ejus sit, cui donas? Aperta est enim illa confessio: Nonne Deo subiectur anima mea: ab ipso enim est patientia mea? Dicit nobis ipse. In vestra patientia. Dicamus illi & nos, patientia mea ab ipso est. Tūcum fecit donando, noli ingratus esse tibi assignando. Nonne in Oratione Dominica dicimus, & nostrum esse,

elle, quod à Deo est? Quotidie dicimus, Panem nostrum quotidianum. Iam dixisti, Nostrum, & dicis, da nobis: ecce nostrum, ecce da nobis. Illo dante fit nostrum. Te Deum laudamus.

Die iii. Octobris.
Translatio S. Vitalis
M. duplex in Eccle-
sia Cathedrali tan-
tum, omnia de com-
muniunius Martyris

Die vi. Decembris.
In Festo S. Nicolai
Ep. & Conf. Tit. Pa-
tronii Cathedralis Ec-
clesiae. Dup. 1. class. per
totam Diaecsim, in
civitate etiam cum

Octava. Officium fit
ut habetur in Bre-
viario.

Die vii. Decembris.
Secunda die infra Oct.
Fit de S. Ambrosio Ep.
cum comm. Octav.

Die viii. Decembris.
Fit de Conceptio-
ne B. M. V. dup. 2. class.
sine comm. Octavæ. In
2. vesp. fit commem. O-
ctavæ S. Nicolai. si se-
quenti die Off. fiat de
Die 4. infra Octav.

Die ix. Decembris.
Quarta die infra octa-
vam S. Nicolai. semid.
(Labaci intellige, ex-
tra Civitatem verò
cum non celebretur
Octava S. Nicolai, Off.
fit de oct. Conceptionis
B. M. V.)

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.*

*In secundo Nocturno
Sermo S. Joannis
Chrysostomi.*

*In c. 15. epist. ad Rom. ser. 29
circa fin.*

Lectio IV.

CHristum diligens, & gregem illius utique diligit: & Moysen tūm primum super populum Iudæorum posuit, quando, qua esset in illum benevolentia, re ipsa jam declaraverat. David quoque simili modo regno inauguratus est, posteaquam apparuerat, quam amico esset in populum affectu: ita quippe juvenis adhuc populi causa doluit, ac

zelavit, ut & animam suam exponeret, cum videlicet barbarum illum è medio tolebat: Quòd verò dicebat: quid dabitur ei, qui alienigenam hunc interficerit? non idè dicebat, quòd mercedem exigeret, sed quò sibi crederetur, & in pugnam cum illo committeretur: nam cùm adepta jam victoria ad regem esset ingressus, nihil de mercede meminit.

R. Inveni David.

Lectio V.

ET Samuel quoque benignus erat, & amator populi: unde & dicebat: Absit autem hoc à me peccatum, ut cessem pro vobis orare Domini num.

num. Ita & Paulus, imò non ita, sed multò plus omnibus ardebat erga subditos. Unde & discipulos ita erga se animavit, ut diceret: si possibile fuisset, oculos vestros cœruissetis, mihique deissetis. Et Christus optimi pastoris regulam proferens dixit: bonus pastor animam suam ponit pro ovi- bus: sunt enim sanctorum animæ vehementer mites, & hominum amantes, non solum erga domesticos, sed alienos, ita ut hanc suam mansuetudinem etiam ad animantia bruta exten- dant. Propterea & sapiens quispiam dixit: justus miseretur ani-

marum jumentorum tuorum: si jumentorum, multò magis hominum. & Posui adjutorium.

Lectio VI.

VErum quoniam pecorum mentio nem feci, perpendamus, & ovium pastores illorum, qui in Capadocum regione sunt, qualia & quanta pro peccorum suorum custodia patiantur: illici saepè numero universum triduum nive obrupti perdurant. Discuntur autem, & qui in Lybia sunt, non minora mala ferre, dum integros menses difficilem illam solitudinem, pessimarumque bestiarum plenam vagando circumcunt.

Si

Si tantum erga peccata diligentiae impendunt pastores illi , quatinus quæsto exculcationem habebimus , quibus rationales animæ concreditæ sunt , quod profundum hunc somnum dormimus ? An ignoras gregis hujus dignitatem ? An illius gratia Dominus tuus innumeræ non fecit ? An non postremò , & sanguinem suum fudit ? Tu verò requiem quæris , & quid poterit perficere pastoribus istis ?

R. Iste est.

In tertio Noct.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

Lectio VII. c. 25.

IN illo tempore : dixit Ieius discipulis

suis parabolam hanc : Homo peregrinè proficiens vocavit servos suos , & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 4 in Matth. cap. 25.

Homo iste paternitas familiæ , haud dubium quin Christus sit : qui ad Patrem post resurrectionem victor ascendens , vocatis Apostolis , doctrinam Evangelicam tradidit , non pro largitate , & parcitate alteri plus , & alteri minus tribuens , sed pro accipientiis viribus , quomodo & Apostolus eos , qui solidum cibum capere non poterant , lacte potasse se dicit. Denique & illum , qui

de

de quinque talentis decem fecerat, qui de duobus, quatuor simili recepit gaudio: non considerans lucri magnitudinem, sed studij voluntatem.

R. Amavit eum.

Lectione VIII.

IN quinque & duabus, & uno talento: vel diversas gratias intelligamus, quæ unicuique traditæ sunt. Vel in primo omnes sensus examinatos: in secundo intelligentiam, & opera: in tertio rationem, qua homines à bestijs separamur: Acceptis ille terrenis sensibus, cœlestium sibi notitiam duplicavit, ex creaturis intelligens Creatorem, ex corporalibus

incorporalia, ex visibilibus invisibilia, ex brevibus æterna. Et iste pro viribus quidquid in lege didicerat, in Evangelio duplicavit, sive scientiam, & opera præsentis vitæ futuræ beatitudinis typos intellexit. R. Sint lumbi vestri.

Lectione X.

Grande tempus est inter ascensionem Salvatoris, & secundum ejus adventum: si autem Apostoli reddituri sunt rationem, & sub metu iudicis surrecturi, quid nos oportet facere? Et notandum, quod omnia, quæ in præsenti habemus, licet magna videantur, & plurima tamen com-

paratione futurorum,
parva, & pauca sunt:
Intra, inquit, in gau-
dium Domini tui: &
fuscipe, quæ nec ocu-
lus vidit, nec auris au-
divit, nec in cor ho-
minis ascenderunt:
quid autem potest ma-
jus dari fidi servo,
quam esse cum Domi-
no, & videre gaudium
Dominisui? Te De-
um laudamus.

*In Laud. fit com.oct.
Concept. B. M. V. & fer.*

Dic x. Decembris.

Quinta die infra Octa-
vam S. Nicolai semid.

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptura
ocurrente.*

In secundo Nocturno.

De Sermone S. Ioan-
nis Chrysostomi.

Lectio IV.

ET homines qui-
dem, qui populis
prælunt, si quando de
rebus fortuitis concul-
taturi sunt diebus non
contenti, noctes et
iam vigilando adhi-
bent; nos vero, qui
pro ipso coelo certa-
men habemus, ipso
quoque die dormi-
mus? quis quofo ab
eo nos supplicio eri-
piet, quod istis debe-
tur? si enim corpus
trucidandum expone-
re, si innumeras mor-
tes ferre oportebat,
numquid ad hoc mu-
nus, tanquam ad nun-
dinas currendum e-
rat? Hæc autem non
solum pastores, sed &
oves audiant, ut ala-
criores faciant pasto-
res

res, aliud quidem nihil, verum omnem obedientiam, animumque, cui persuaderi queat exhibentes.

R. Inveni David.

Lectio V.

Ta Paulus præcipit dicens: Obedite ducebis vestris, & subditi estote, nam ipsi vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem daturi. Quando vero dicit: nam ipsi vigilant innumeros labores, curas, & pericula complectitur. Bonus enim pastor, & talis, quem Christus vult, innumeris certat martyrijs. Propter ipsum quippe Christus semel quidem est mortuus, hic vero milles propter gregem, si

quidem talis sit grex, qualem esse oportet. Talis enim pastor singularis diebus mori potest. Propterea & vos cognito isto labore, & precibus, & diligentia, & animi alacritate, & dilectione nos juvate, ut & nos vestra, & vos vicissim nostra gloriatio sitis.

R. Posui.

Lectio VI.

Nam inde Christus istum Apostolorum summatum, & plus ipsum, quam reliqui diligenti, commendans, & injungens primum rogabat, an ab ipso diligeretur? ut discas, quod istud sit ante omnia reliqua dilectionis in Christum positum signum:

strenuo siquidem animo hic opus est. Hæc verò mihi de optimis pastoribus dicuntur, non de me ipso, & mei similibus: sed si quis talis sit, qualis erat Paulus, qualis Petrus, qualis N. istos itaque imitemur, & superiores, & subditi: licet enim, & subdito pro parte pastorem agere, nempè domus suæ, amicorum, domesticorum, uxoris, liberorum. R. Iste est.

In tertio Noct.

Lectio S. Evangelij secundum Matth.

Lectio VII. c. 25.

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrè proficiens vocavit seruos

suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia S. Hilarij Ep.

Divisio pecuniae inæqualis est, sed non ad dividentem referenda diversitas est. Ait enim, unumquemque secundum virtutem suam accepisse. Igitur unusquisque secundum fideli suæ mensuram talentum, id est, Evangelij prædicationem, à prædicatione suscepit: sed servus ille, qui quinque talenta accepit, populus ex lege credentium est; ex qua profectus meritum ipsius recte, probèque perfunctus, evangelicæ fidei operatione duplicavit, in oratione autem ponenda judicij

cis examen est , quo
cœlestis verbi usus , &
redditus dispensati ta-
lenti postulatur.

R. Amavit eum.

Lectio VIII.

Igitur , cui erant
quinque commissa ,
Domino revero , de
quinque decem obtu-
lit , talis scilicet in fi-
de repertus qualis in
lege : qui decem ver-
borum quinque libris
Moysi præceptorum
obedientiam per gra-
tiam evangelicæ Ju-
stificationis expleverit
Igitur jubetur in gau-
dium Domini introi-
re , id est , in hono-
rem gloriae Christi re-
cipitur . Ille vero servus
cui duo talenta com-
missa sunt , gentium
populus est fide , atque

confessione , & Filij
justificatus , & Patris :
Dominum nostrum
Iesum Christum De-
um , atque hominem ,
& spiritu , & carne con-
fessus : nam & corde
fides , & ore confessio
est . Hæc ergo huic
sunt duo talenta com-
missa . **R.** Sint lumbi .

Lectio IX.

Sed , ut prior ille o-
mne Sacramentum
in quinque talentis ,
id est , in lege cognos-
verat , idque ipsum fi-
de Evangelij duplica-
verat : ita iste incre-
mentum duorum talen-
torum , atque opera-
tione promeruit ra-
tione , ac redditu dis-
simili . Par tamen à Do-
mino munus ambo-
rum est , ut gentium

fidem exæquatam credentium ex lege inciduntæ nosceremus : nam cum laudatione eadem jubetur in gaudium Domini introire. Est autem duplicitio luxptæ pecuniae operationem fidei addidisse ; & quæ opinione crediderant, rebus, factisque gesuisse.

Te Deum.

In Laud. fit com. oct. B.M.V. Concept. & fer.

Die xi. Decembris.
Sexta infra Octavam S. Damasi Pap. & Conf. jemid. cum com. Oct. S. Nicolai, & B.V. ac fer.

Die xii. Decembris.
Septima die infra Oct. S. Nicolai semid.

In primo Nocturno Lect. de Scriptura occur.

In secundo Nocturno
De Sermoni S. Maximi
Ad Sancti, ac Beatissimi Patris, &c. ut in
Brev. de communione Conf.
Pont. i. loco.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij secundum Matth.
Lectio VII. c. 25.
INillo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficisciens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua. De Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

HÆc autem omnia de magistris dicta sunt, ut talenta sibi concredita non abscondant, sed omni diligentia discere cupientibus apponant

Vc-

Verum ultra audi dilecte, ex indignatione erga illum quomodo & discipuli rei sunt: & non solum illa repetuntur, quæ concredata, sed & cum lucro operatio quaeritur: quid igitur dicit illi Dominus? Serve nequam. Terribilis indignatio, & minæ valentes per se percellere animum. Oportebat te pecuniam tuam dinumerare mentarijs, & ego, cum venisssem, cum lucro repetijssem illā. Pecuniam dicens eloquia pretiosa: numularios autem vos, qui luscipitis.

R. Amavit.

Lectio VIII.

QVOCIRCA, dilecti, cum vobis con-

credita dinumeraverimus, vobis necessarium erit duplēm afferre laborem, & vigilantiam; tum quod dinumerata custodienda sunt, ut fixa manent, tum quod operandum, ut & alijs communicetur, & multos in viam virtutis inducant: ut bifariam vobis lucrum accrescat, tum pro salute vestra, tum pro aliorum utilitate. Igitur fratres vestros nolite negligere, neque solum spectare, quæ ad vos attinent; sed unicuique cura sit, quomodo proximum suum è diaboli fauibus eripiatur.

R. Sint lumbi.

Lectio IX.

Simili modo & nos
erga fratres nostros
benè affecti magnam
adhibeamus diligentiam, & obliquetemur
maligno illi Dæmoni,
ut irritos ejus facia-
mus conatus; nam si
singuli, qui adiunt,
unum lucrifacere pol-
scent, cogita quantā no-
bis lætitiam Ecclesia
multitudine filiorum
suum afferret: &
quomodo diabolus
confunderetur, vi-
dens in vanum, &
frustra extendi sua re-
ta? quod si hoc sece-
ritis, audietis & vos in
die illo: Serve bone,
& fidelis, in pauca fui-
sti fidelis, supra multa
te constituam. Te De-
um laudamus.

In Laud. fit comm. Oct. B.
V. Et fer.

Die xm. Decembris.
*In die Octava S. Ni-
colai duplex.*
In primo Nocturno.
*Lectiones de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.
Sermo S. Gregorij Pap.
2. par. Pastor. c. I.

Lectio IV.
Tantum debet a-
ctionem populi a-
ctio transcendere. Præ-
fulis: quantum distare
solet à grege vita pa-
storis. Oportet nam-
que, ut metiri se solli-
citè studeat, quanta
tenendæ rectitudinis
necessitate constringi-
tur, sub cuius estimati-
one populus grec
vocatur. Sit ergo (ne-
cessere est) cogitatione
mundus, actione præ-
cipuus, discretus in

silētio, utilis in verbo,
singulis compassione
proximus, p̄e cunctis
contemplatione su-
spensus, benē agenti-
bus per humilitatem
focius, contra delin-
quentium vitia per ze-
lum justitiae erectus,
internorum cutam in
exteriorum occupa-
tione non minuens,
exteriorum providen-
tiā in interiori tol-
licitudine non relin-
quens.

R. Inveni.

Lectio V.

I. par. cap. 10.

Considerandū quo-
que est, quia cūm
curam populi electus
Præful suscipit, quasi
ad ægrum medicus
accedit. Si ergo ad-
huc in ejus corpore

passiones vivunt, qua
præsumptione per-
cussum mederi prope-
rat, qui in facie vul-
nus portat? Ille igitur
modis omnibus debet
ad exemplum bene vi-
vendi pertrahi, qui
cunctis carnis passio-
nibus moriens, jam
spiritualiter vivit; qui
prospera mundi post-
ponit: qui nulla ad-
verla pertimescit, qui
lola interna desiderat.
Cujus intentioni be-
ne congruens, nec o-
mnino per imbecilli-
tatem corpus; nec
valde per contuma-
ciam repugnat spiritus.
Qui ad aliena cupien-
da non ducitur, sed
propria largitur.

R. Posui.

Lectio VI. ib.

Vn.

VNde ipsum quoque Episcopatus Officium boni operis expressione definitur, cum dicitur: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: Ipse ergo sibi testis est, quia Episcopatum non appetit, qui non per hunc boni operis ministerium, sed honoris gloriam querit. Sacrum quippe Officium non solum non diligit omnino, sed nescit, qui ad culmen regiminis anhelans, in occulta meditatione cogitationis; cæterorum subjectione paucitur, laude propria lætatur, ad honorem cor elevat; rerum affluentium abundantia ex-

ultat. Mundi ergo lucrum quæritur sub eius honoris specie, quò mundi destrui lucra debuerat.

R. Iste est.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij secundum Matth.

Lectio VII.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregrinè proficiens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et reliqua.

De Homilia S. Ambrosij Episcopi.

2. de vocatione c. 2. post med.

Datur unicuique hic sine merito, unde tendat ad meritum, & datur ante ullū laborem, unde quic-

quisque mercedem accipiat secundum laborem, quod ita esse etiam Evangelicæ veritatis testimonio agnoscitur, ubi per comparationem dicitur, quod homo peregrinè proficiens vocavit servos suos, & tradidit illis substantiam suam, & uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò unum, unicuique secundum propriam virtutem, id est, secundum propriam, & naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum: quia aliud est posse operari, aliud operari, & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem.

R. Amavit.
Lectio VIII.

Non itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis sanatus est, quia reparabilem, & sanabilem esse, de natura est: reparatum autem, & sanatum est, de gratia est. Denique isti, quibus secundum modulum capacitatris tuæ, quem in eis distributor substantiæ prævidebat, dispar creditus est numerus talentorum: non meriti remunerationem, sed operis accepere materiam.

R. Sintlumbi.
Lectio IX.

In qua duorum servorum vigilantissima industria, non to-

lum gloriōsis laudi-
bus honestatur , sed
etiam in æterna Do-
minis sui gaudia intra-
re præcipitur. Tertiū
verò pigrum otium , &
desidiosa nequitia sic
punitur , ut & vitupe-

rationis decoretur e p-
rōbrio , & portione ,
quam acceperat , exi-
ātur. Dignus enim
erat perdere inutilem
fidem , qui non exer-
cuerat charitatem. Te
Deum.

FINIS.



BREVIARII ROMANI

SUPPLEMENTUM

SEU

OFFICIA NOVA SAN-
CTORUM

Recitanda partim DE PRÆCEPTO

Partim AD LIBITUM.

J V X T A . D E C R E T A
INNOCENTII PAPÆ DECIMI ,
ET SVCCESORVM PONTIFICVM,
Usque ad M. DG. LXXXVII. ejusdem,
S. D. N. INNOCEN-
TII UNDECIMI. XI.

Una

Cum Affignatione Missarum.

Cum Licentia Superiorum juxta Exemplaria
Romana.

L A B A C I ,

Typis Josephi Thaddæi Mayr , Inclytæ Provinciæ
Carnioliae Typographi.

Sumptibus Joannis Caroli Mally Bibliopegi.

ANNO M. DC. LXXXVII.

INDEX FESTORUM
AD
SUPPLEMENTUM
BREVIARII ROMANI PER-
TINENTIUM.

Die

JANUARIUS.

- 19 Canuti, Regis Daniæ, Mart. *semid. ad libitum*
cum Commem. SS. Marij Marthæ. &c.
MM. à Clemente X. die 17. Sept. Anno 1670.
concessunt. Pag. 1.
- 23 Desponsatio B. M. V. cum S. Joseph. *dup.*
maj. ad lib. cum comm. S. Emerentianæ
V. & M. pro Ditionibus Cesareis. à S.D.N.
Innocentio XI. 6
- 28 Raimundi de Peniafort Conf. *semid. de præ-*
cepto. cum comm. S. Agnetis secundò. à
Clemente X. 23. Martii 1671. S.D.N. ap-
probavit. Lect. 2. Noct. & Orationem pro-
priam. 5. Feb. 1684. 13.
- 29 Francisci Salesij Ep. & Conf. *semid. de præ-*
cepto. ab Alexandro VII. 21. Oct. 1666. 17
- 31 Petri Nolatci. Conf. *dup.* de præcepto à Cle-
mente X. 23. Jul. 1672. ex *semid.* ab Alexan-
dro VII. 1664. 12. Iuli. hoc Festum instituens.
& 21. Oct. 1660. ex die 29. Jan. in 31.
transfereret. 20.

FEBRVARIVS.

- 4 Andreæ Corsini Ep. & Conf. *semid.* ad lib.
die

*ab Alexandro VII. 21. Oct. 1666. S. D. N.
die 11. 1684 Orationem mutavit.* 24

- 7 Romualdi Abb. *duplex de præcepto. à Clemente IX. 23. Feb. 1669. ex semid. Clementis VIII.* 28.

- 8 Ioannis de Matha Conf. *dup. ad lib. pro Italia, &c. & Eccl. ubi est Concessum.* 28

MAKTVS.

- 17 Patritij Ep. & Conf. *semid. de præcepto confer. in Quadrag. a S. D. N. Innocentio XI. 7. Sept. 1685. ex simplici Urbani VIII. 1630.* 32.

- 19 Josephi Confess. Sponsi B.M. V. *dup 2. class. de præcepto. a Clemente X. 21. Nov. 1671. ex antiquo dup. communi.* 36.

- Feria 6. post Dom. Passionis in Martio, vel Aprili. Off. de 7. Doloribus B. M. V. *dup. maj. ad lib. pro tota Germania. à Clemente X. 2. Martij. 1674.* 40.
-

APRILIS.

- 5 Vincentij Ferrerij Conf. *semid. ad lib. à Clemente IX. 20. Mart. 1668.* 69.

- 29 Petri Martyris. *dup. de præcepto. à Clemente X. 26. Jul. 1670. ex semid. Clementis VIII.* 73.

- 30 Catharinæ Senen. V. *dup. de præcepto. à Clemente X. 9. Oct. 1670.* 73.
-

MAIVS.

- 4 Monicæ Vid. *semid. de præcepto. à Clemente IX. 14. Jul. 1669.* 73.

- 10 Antonini Ep: & Conf. *semid. ad lib. cum com. SS. Gordiani, & Epimachi MM. à S. D. N. 17. Aug. 1683.* 79.

- 18 Venantij Mart. *semid.* de præcepto. à Cle-
 mente X. 8. Nov. 1670. 82.
 19 Petri Cælestini *dup.* de præcepto. cum comm.
 S. Pudentianæ V. à S. D. N. ex Clementis
 9. (5. Oct. 1669.) *semid.* 88.
 20 Bernardini Senen. Conf. *semid.* de præcepto
 ab Alexandro VII. 15. Sept. 1657. 91.
 25 Mariæ Magdalenaæ de Pazzis Virg. *semid.* de
 præcepto. cum comm. S. Urbani Pap. &
 M. à Clemente X. 29. Nov. 1670. 94.
 26 Philippi Nerij. Conf. *dup.* de præcepto. cum
 com. S. Eleutherij Pap. & Mart. à Cle-
 mente IX. 8. Iunij. 1669. ex Urbani VIII. 6.
 Nov. 1625. *semid.* ad libitum. 97.
-

JVNIVS.

- 6 Norberti Ep. & Conf. *duplex.* de præcepto à
 Clemente X. 7. Sept. 1672. Ex Pauli V. *se-
 miduplici* 14. Nov. 1620. 97.
 13 Antonij de Padua Conf. *dup.* de præcepto.
 à Clemente X. 18. Iun. 1670. ex *semid.*
 Clementis VIII. 97.
-

IVLIVS.

- 4 Elisabethæ Reginæ Portug. *semid.* *ad lib.* cum
 Com. Octavæ Apost. Petri, & Pauli ab Ur-
 bano VIII. 1630. 98.
 8 Margaritæ Reginæ Scotiæ Viduæ. *semid.* *ad
 lib.* à S. D. N. Innocentio XI. 107.
 12 Joannis Gualberti Abb. *dup.* à S. D. N. ex
semid. 28. Feb. 1671. Clem. X. 110.
 15 Henrici Imperatoris Conf. *dup.* per Germa-
 niæ. à S. D. N. ex *semid.* (28. Feb. 1671.
 Clem. X. 116.

- 16 Commemoratio solemnis B. M. V. de
 Monte Carmelo. dup. Maj. Pro Provin. ac
 Ditionibus Cesareis. à Clemente X. 4. De-
 cemb. 1675. 119.
 17 Alexij Conf. semid. ad libit. ab Urbano VIII.
 1637. 130.
 23 Apollinaris Ep. & Mart. dup. de præcepto. à
 Clemente X. 25. Maij. 1675. ex semid. an-
 tiquo. 130.
 31 Ignatij Conf. dup. de præcepto à Clemente
 IX. 11. Oct. 1667. Ex Innocentij X. 21. A-
 pril. 1646. semid. Clemens X. 1676. Evang.
 Officij mutavit & Missam. 130.

AVGVSTVS.

- 7 Cajetani Conf. dup. cum comm. S. Donati.
 Ep. & M. a. S. D. N. 4. Augusti. 1685. ex
 semid. à Clemente X. 14. Apr. 1674. 131.
 12 Claræ Virg. dup. de præcepto. cum comm. oct.
 S. Laurentij. à Clemente X. 27. Maij. 1670.
 ex Fin V. simplici & Urbani Vill. dup. ad li-
 bitum. 136.
 30 Rosæ à S. Maria, Virg. Limanæ. dup. ad lib.
 In Imperio, & Hisp. à Clemente X. 3. De-
 cemb. 1672. 137.
 31 Raimundi Nonnati, Conf. dup. à S. D. N. ex
 semid. ad lib. à Clem. IX. 13. Aug. 1669. 140

SEPTEMBER.

- Dominica 1. Sept. Off. SS. Angel. Custod.
 dup. 2. class. ad lib. cum Octava comm. Do-
 minicæ, &c. in Provinciis Cesareis, alibi 2.
 Octob. dup. Commun. à Clemente IX. 30.
 Jul. 1667. 144.

- Dominica infra Oct. Nativit. B. M. V. Officium de SS. Nomine B. M. V. dup. majus. cum comm. Dominicæ à S. D. N. 20. Nov. 1683. Idem Off. proprium assignavit s. Feb. 1684. 170.
- 10 Nicolai de Tolentino Conf. dup. de præcepto. cum comm. Octavæ Nativit. B. M. à Clemente X. 20. Sept. 1670. ex semid. à Clemente VIII. 178.
- 18 Thomæ de Villanova Ep. & Conf. semid. ad lib. ab Alexandro VII. 17. Junij. 1659. 178.
- 19 Januarij Ep. & Soc. MM. dup. de præcepto. à S. D. N. Innocentio XI. 7. Decemb. 1676. ex semid. Antiquo. 182.
- 20 Eustachij, & Soc. Mart. dup. de præcepto. cum comm. Vigiliæ S. Matthæi à Clemente X. 26. Jan. 1671. ex semid. Urbani VIII. 24. Nov. 1625. 182.
- 28 Wenceslai Bohemiae Ducis, & Mart. semid. ad libitum à Clemente X. 29. Nov. 1670. 182.

OCTOBER.

- 1 Remigij Ep. & Conf. semid. ad libitum. à Clemente IX. 26. Nov. 1668. ex antiquo simplici. 185.
- 6 Brunonis Conf. duplex de præcepto. à Clemente X. 14. Martij. 1675. ex Gregorij XV. semiduplici. 186.
- 13 Eduardi Conf. Regis Angliae semid. de præcepto. à S. D. N. 6. Ap. 1680. 186.
- 15 Theresiæ Virg. dup. de præcepto. à Clemente IX. 21. Iuli 1668. ex Urbani VIII. (25. Aug. 1636.) semid. ad libitum. 189.

- 17 Hedwigis Vid. Reginæ Poloniæ *semid.* ad libitum. à S. D. N. *Innocentio XI.* die 17. Sep. 1680. die vero 18. Ap. 1682. *Leet. prop. approbavit.* 189.
- 19 Petri de Alcantara Conf. *semid.* de præcepto à Clemente X. 9. Aug. 1670. 192.
- 21 Ursulæ, & Soc. Virg. & MM. *dup.* à Gregorio Xlll. pro Eccl. ubi est *concessum.* 196.
- 31 Wolfgangi Ep. & Conf. *dup.* de præcepto per totam Germaniam. cum comm. Vigil. Omnium Sanctorum. ab Urbano Vlll. 14. Ianuarij. 1640 198.

NOVEMBER.

- 4 Caroli Ep. & Conf. *duplex de præcepto.* cum comm. Oð. Omnium Sanctorum. item SS. Vitalis, & Agricola MM. ab Alexander VII. 27. Sept. 1659. ex *semid.* à Paullo V. 201.
- 13 Didaci Conf. *semid.* de præcepto. à S. D. N. *Innocent. XI.* 7. Decemb. 1680. qui & 9. Aug. 1681. *Leet. propr. approbavit.* 201.
- 19 Elisabethæ Reginæ Viduæ *dup.* de præcepto. cum comm. S. Pontiani Pap. & M. à Clemente X. 29. Maij. 1672. ex ejusdem. (13. Sept. 1670.) *semid. ad Lib.* 204.
- 20 Felicis de Valois Conf. *dup. pro Eccl. ubi est concessum.* 206.
- 22 Cæciliæ Virg. & M. *dup.* de præcepto à Clemente X. 6. Dec. 1671. ex *semid. antiquo.* 210.

DECEMBER.

- 3 Francisci Xaverij Conf. *duplex.* de præcepto

à Clemente X. 9. Oct. 1670. (qui Evang.
Off. & Missam mutavit) ex semid. Ale-
xandri VII. 6. Sept. 1663. 211.

6 Nicolai, Ep. & Cont. dup. de precepto à Cle-
mente X. 1671. 6. Decemb. ex semid. anti-
quo. 216.

8 Conceptio B. M. V. duplex 2. class. cum O-
ctava in Ditionibus Pontificijs. Cesareis. &
Hispan. ab Alexandre VII. 12. Nov. 1664. ex
Clementis VIII. dup. maj. 217.



FESTA JANUARII.

Die xix. Januarii.

*In Festo S. Canuti, Daniæ Regis Martyris,
Semiduplex ad libitum.*

*Omnia dicuntur de
communi ieiunii Martyr-
ris, præter Orationem
(quæ terminatur: Per
eundem Dominum
&c.) & Lectiones secun-
di Nocturni.*

*In secundis vesperris
Cathedræ S. Petri, fit
Commemoratio 1. de S.
Paulo, ut in Breviario
2. de S. Canuto M.*

*Antiph. Iste Sanctus
pro lege, &c.*

*V. Gloria & hono-
re, &c.*

*R. Et constituisti,
&c.*

Oratio.

Deus, qui ad illu-
strandam Eccle-
siar tuam, beatum
Canutum Danorum
Regem Martyrij pal-
mâ, & gloriofis mira-
culis decorare digna-
tus es: concede pro-
pitius: ut, sicut ipse
Dominicæ Passionis
imitator fuit, ita nos
per eius vestigia gra-
dientes, ad gaudia
tempiterna pervenire
mercamur.

3. De

3. De SS. Mario, Martha, Audiface, & Abacbum Martyribus. Danorum Regis filius, fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximia laetitatis à teneris annis specimen dedit. Paternum cęptrum summa omnium acclamacione adeptus, Religioni promovendæ

Antiph. Istorum est enim, &c.

V. Lætamini in Dominino, &c.

R. Et gloriamini, &c.

Oratio.

Exaudi, Domine, populum tuum, cum Sanctorum tuorum patrocinio supplicantem: ut & temporalis vitae nos tribuas pace gaudere, & æternæ reperire subsidium. Per Dominum

In primo Nocturno
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Canutus Quartus, Sucnonis Esthritij Crucifixi pedes abject;

cit; te & regnum illi tubi ciens, qui Rex Regum est, & Dominus dominantium. Corpus tuum jejuniis, Ciliciis, & flagellis castigavit. In oratione & contemplatione al siuuus, erga pauperes profulus, erga omnes beneficu s semper fuit, nec unquam à justitiae divinæque legis semi ta deflexit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & à seducto ribus tutavit illum: Et dedit illi claritatem æternam.

V. Deicenditque concitatis. Nec de cum illo in foveam: & fuerunt rebellioni in vinculis non derelicti: liquit eum. Et dedit.

Lectio V.

His aliisque virtutibus imbutus ad supremum perfectio nis apicem sanctus Rex properabat. Accidit autem, ut Angliae Regnum à Wilhelmo Normannorum Duce formidabili exercitu invaderetur. Anglis vero, Danorum opem implorantibus, cum succurrere Rex decrevisset; belli expeditionem O lao fratri commisit. Qui regnandi cupiditate illectus, armis, militibus & populo contra illum

Dei

Dei & Ecclesiæ præ-
cepta servari , trans-
gressores puniri san-
xisset ; plerique per-
versi , ac icelerati ho-
mines exacerbati , pri-
mùm quidem tumul-
tuari , tum plebem
commovere , ac tan-
dem sanctissimo Regi
necem moliri cœpe-
runt.

R. Desiderium a-
nimæ ejus tribuisti ei ,
Domine. * Et volun-
tate labiorum ejus
non fraudasti eum. ¶.
Quoniam prævenisti
eum in benedictioni-
bus dulcedinis : po-
suisti in capite ejus co-
ronam de lapide pre-
tiolo. Et voluntate.

Lectio VI.

S Ciens igitur Rex ,
futurorum præ-

scius , mortem sibi
propter justitiam im-
minere , eâ prænun-
tiatâ , ad Ecclesiam S.
Albani Martyris Otho-
niæ , tanquam ad lo-
cum certaminis , pro-
fectus est ; & Sacra-
mentis munitus , a-
gonem suum Domi-
no commendabat.

Mox ibi adveniens
conjuratorum multi-
tudo , Ecclesiæ ignem
admoveare , fores con-
fringere , & in eam
irrumpere tentarunt.
Quod cum perficere
non possent , ad fene-
stras accedentes , saxa
& sagittas in sanctum
Regem , flexis geni-
bus pro inimicis oran-
tem , magno impetu
iaculari non cessarunt
donec lapidum & ter-
lorum

lorum i^ctibus, ac tan-
dem lanceâ confossus
glorioso martyrio, an-
te altare extensis bra-
chiis procumbens ,
coronatus est , seden-
te in Apostolico thro-
no Gregorio Septimo
Multis postea miracu-
lis Martyrem suum il-
lustravit Deus : nam
gravi penuriâ , & di-
versis calamitatibus
oppresta Dania, patra-
ti sacrilegii poenas luit
Plures etiam variis
langoribus afflitti ,
ad ejus tumulum re-
medium & incolumi-
tatem consecuti sunt.
Cumque Regina sa-
crum ejus Corpus no-
tu c^{am} surripere, & ribus , ex Breviario.
aliò transferre cona-
retur, emisso cælitus & Seb^{stian}o. cum Com-
ingenti splendorc per-

terrata , à proposito
ceslavit.

R. Stolâ jucundi-
tatis induit eum Do-
minus : * Et coronam
pulchritudinis poluit
super caput ejus. v. Ci-
bavit illum Dominus
pane vitæ & intelle-
ctus : & aquâ sapientiæ
salutaris potavit illum

Et coronam, Glo-
ria Parri. Et coronam.

In III. Nocturno

*Homilia S. Gregorij
Papæ in Evangelium :*
Si quis vult post me
venire. *De communi
unius Martyris.*

*Nona Lectio , & Com-
memor. in Laudibus de
SS. Mario &c. Marty-
stu c^{am} surripere, & ribus , ex Breviario.
Vesperæ de SS. Fabiano
& Sebastiano. cum Com-
memor. S. Canuti.*

Die xxiii. Januarij.

In Feste Delpontationis B. V. Mariæ cum

S. Joseph. dup. maj.

De Concessione Inno-
centii XI. pro omnibus
Hæreditariis Regnis, &
Provinciis Augustissimi
Rom. Imp. Leopoldi I.

Omnia sicut in Na-
tivitate B. M. V. 8. Se-
ptembris solum mutato
titulo Nativitatis in
Delpontationis: quod
bene notandum in Ora-
tione, Invitatorio, &c.
& v.v.

Ad Vesperas Antipho-
na. Delpontatio glo-
riosa, cum reliquis de
Laudibus. Psalm. Dixit,
cum reliquis de B. Ma-
ria, ut in ejus officio
parvo. Capit. Ab Ini-
cio, & ante. Hym. A-
ve maris &c.

v. Delpontatio est
hodie sanctæ Mariæ
Virginis.

R. Cujus vita in-
clyta cunctas illustrat
Ecclesias.

Ad Magnificat An-
tiph,

Gloriosa Virginis
Mariæ delpontatio-
nem dignissimam re-
colamus, quæ & Ge-
nitricis dignitatem
obtinuit, & virginale
pudicitiam non
amisit.

Oratio
F

Amulis tuis quæ-
sumus Domine ca-
lestis gratiæ munus
impertire: ut quibus
beatæ Virginis partus
extitit salutis exor-
dium, Delpontationis
ejus votiva solemnitas
pacis tribuat incre-
men-

mentum. Per Domi-
num nostrum Iesum
Christum.

*Deinde fit comi-
mer. SS. Vincentii &
Anastasij MM. & S.
Emerentianæ V. & M.
Ad Matutinum Invi-
tatorinm.*

Desponsationem V.
Mariæ celebremus,
Christum ejus filium
adoremus Dominum.
Psal. Venite exulta-
mus.

Hym. Quem terra
Antiphonæ, & *Psalmi*
Nocturnorum, ut in Of-
ficio parvo B. Mariæ.

In primo Nocturno.

V. Specie tua, &
pulchritudine tua.

R. Intende, prospe-
re procede, & regna.

In I. Nocturno lect.
Oculetur me osculo

&c. ut in Nativitate B.,
M. V. 8. Septemb.

R. 1. Hodie despon-
sata est B. Virgo Ma-
ria ex progenie Da-
vid: Per quam salus
mundi credentibus
apparuit, cuius vita
gloriosa lucem dedit
Iæculo. V. Desponsa-
tionem beatæ Mariæ

Virginis cum gudio
celebremus. Per quam

R. 2. Beatissimæ
V. Mariæ desponsatio-
nem devotissimè ce-
lebremus: * Ut ipsa
pro nobis intercedat
ad Dominum Iesum

Christum. V. Cum ju-
cunditate desponsa-
tionem beatæ Mariæ
Virginis devotissimè
celebremus. Ut ipsa.

R. 3. Gloriolæ Vir-
ginis Mariae despon-
sationis

tionem dignissimam non quod Deus, si pa-
recolamus : * cuius lam opus suum facere
Dominus humilita- vellet, impediri posse
tem respexit : quæ ab illo metueret: sed
Angelo nuntiante quia ipse, qui non fo-
concepit saluatorem lüm potenter, sed et-
mundi. ¶ Beatissimæ iam sapienter quæcun-
V. Mariæ desponsationem que voluit fecit, sicut
devotissimè in omnibus operibus
celebremus. Cujus suis quasdam rerum
Gloria Patri. Cuius, vel temporum con-
In secundo Nocturno gruentias propter Or-
¶ ¶ Adjuvabit eam dinis pulchritudinem
vultu suo. tervare consuevit: ita
¶ Deus in medio in hoc quoque tam
eius non commove- magnifico opere suo
bitur. nostræ videlicet repa-
Sermo S. Bernardi rationis, non tantum
Abbatis potentiam suam, sed
Ex Homilia secunda Ju- & prudentiam often-
permissus est dere voluit.

Lectio IV.

O Portebat à Prin- riolæ Virginis Mariæ
cipie mundi, ali- ex semine Abrahæ,
quamdiu celari divini ortæ de tribu Juda,
consilii Sacramentum clara ex stirpe David,*

¶ Desponsatio glo-

Cu-

Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesias. ¶ Hodie de spontata est beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus vita.

Lectio V.

COnveniens ergo erat, ut suaviter quoque omnia, celestia scilicet, & terrena disponeret, quatenus & illinc deiiciens inquietum reliquos in pace firmaret: & sic debellaturus invidum nobis prius lux humilitatis, & mansuetudinis valde necessarium exemplum relinquenter: sicque mirabili fieret moderatione sapientiae, ut suis suavis, & hostibus fortis appareret,

¶ Cum jucundita-

te desponsationem B. Mariæ celebremus: * ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. ¶ Corde, & animo Christo canamus gloriā in hac lacra solemnitate præcelestae genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio VI.

Quid enim prodet diabolum à Deo vinci nobis magnitudinibus superbis? necessariò igitur desponsata est Maria Joseph, quando per hoc & à sanctis canibus sanctum absconditur, & à sponsis Virginitas comprobatur & Virginis tam verecundiæ parcitur, quam famæ provideatur. Quid sapientius?

¶ A 5. 100. 11. pro-

providentia? uno tali
consilio secretis cæle-
stibus & admittitur te-
stis, & excluditur ho-
stis, & integra servatur
fama Virginis Matris.

Iuo habitare fecit eam
*Evang. ex Feste S. Jose-
phi 19. Martii.*

R. vii. Beatam me-
dicent omnes genera-
tiones: * Quia fecit

R. Desponsatio tua mihi Dominus ma-
Dei Genitrix Virgo, gna qui potens est, &
gaudium annuntiavit sanctum nomen ejus
universo mundo. * Ex

te enim ortus est sol à progenie in proge-
justitiae Christus Deus noster: * Quia fecit.

R. viii. Felix nam-
que es sacra Virgo
Maria, & omni laude

confundens mortem, dignissima: * Quia ex
donavit nobis vitam
sempiternam. v. Be-

nedita tu in mulieri-
bus, & benedictus Christus Deus noster.

fructus ventris tui. Ex Ora pro populo, inter-
te. Gloria Patri. Qui eede pro devoto fæ-
solvens.

In tertio Noct.

v. Elegit eam Deus,
& præelegit eam. tuam desponsationem

R. In tabernaculo

Quia

Quia ex te. Gloria Patri. Christus.

Nona Lect. de S. Emerentiana V. M. ut in Breviario, nisi fuerit Dominica, & tunc dicitur Homilia Dominicæ curr.

Ad Laudes, & per Horas. Antiph.

Desponsatio gloriose Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda clara ex stirpe David. *Plamus Dominus regnabit. Cum reliquis de*

Dominica. Antiph. Desponsatio est hodie S. M. Virginis. *R. Cujus vita in*

& spiritu devotissime poscimus. *Antiph.*

Corde & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præceliæ Genitricis Dei Mariæ. *Antiph.*

Cum jucunditate Desponsationem beatæ Mariæ celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum.

Capitulum
Ab initio &c. *Hym.*
O glorioſa. *V. Despon-*

tatio est hodie S. M. Virginis. R. Cujus vi-

ta in

lustrat Ecclesiæ. Antiph. Desponsationem ho-

diernam perpetuæ V. Genitricis Dei Mariæ

solemniter celebre-

nos adjuvari mente, mus, qua Celsitudo

thro

throni processit, Al-
leluja.

Oratio.

Famulis tuis, quæ-
sumus. ut supra
Deinde fit com. S. E-
merentianæ V. & M.
Antiph. Simile est ḥ.
Diffusa. Orat. Indul-
gentiam.

Ad primam, & reli-
quas Horas, Antiph. Cap
& ḥ. sicut in Nati-
vitate B. M. V. 8. Sep-
solum mutato titulo Na-
tivitatis in Desponla-
tionis.

In 2. vesp. Antiph.
Psalmi, Capitulum, &
Hym. ut in primis vesp
ḥ. desponsatio est ho-
die sanctæ Mariæ Vir-
ginis. &c. Cujus vita in-
clyta, totas illustrat
Ecclesias.

Ad Magnific. Ant. De-

ponfatio tua Dei Ge-
nitrix virgo, &c.

Oratio. Famulis, ut
supra.

Deinde fit Com. S.
Timothei Ep. & M. An-
tiph. Iste sanctus. ḥ.
Gloria, & honore. O-
ratio. Infirmitatem.

Die xxviii. Januarii.
In Feste S. Raymundi
le Peniafort Confess.
Ord. Præd. semid. de
Præcepto,

Ex Concessione Cle-
neutis X. 1671. 23.
Martii infra positas ve-
rò Lectiones pro secun-
do Nocturno, & Ora-
tionem S. Rituum Cong.
ad instantiam Religio-
nis Dominicane diligen-
ter revisas approbavit,
eiusque in Breviario &
Mis-

fali in posterum edendis apponi, ac imprimi præcepit die 5. Feb. 1684. (fuit 23. huius) si autem in Dominicam venerit, transfertur iuxta Rubricas in proximam diem non impediatam.

Omnia de communi

Confess. non Pontif. præter ea, quæ hic babentur: & ad Hym. Iste Confessor. dicitur. v. Hac die latus meruit supremos laudis honores.

In 2. vesp. S. Joannis Chrysostomi, fit com. de S. Raymundo ex com. Confess. non Post.

Oratio.

Deus, qui beatum ex Nobili familia de Raymundum Peniafort, Christianæ pænitentiæ Sacramenti Religionis rudimenti insignem ministri imbutus, adhuc

strum elegisti, & per maris undas mirabiliter traduxisti: concede ut ejus intercessione dignos pœnitentiæ fructus facere, & ad æternæ salutis portum pervenire valeamus. Per Dominum,

&c.

Deinde fit com. S. Agnetis 2. V. & M. v. Specie tua, Ant. Stans à dextris. Or. prop. ut in Breviario.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura

ocurrente.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Beatus Raymundo Barcinonensis

Religionis rudimentis insignem ministri imbutus, adhuc

par-

parvulus eximia ani-
mi, & corporis indo-
le magnum aliquid
portendere visus est.
Nam adolescentis hu-
maniores litteras in
patriaprofessus, Bono-
pietatis Officiis, ac
Pontificio, Civilique
juri sculò incum-
bens, & Doctoris lau-
reâ insignitus, ibidem
Sacros Canones ma-
gna cum hominum
admiratione est inter-
pretatus. Eius virtu-
tum fama percrebre-
scente, Berengarius
Barcinonensis Episco-
pus, cum Româ suam
ad Ecclesiam rediret,
cum conveniendi cau-
sa Bononiam iter in-
stituit, & tandem cum
mis precibus, ut se-

cum in patriam rever-
teretur, obtinuit.
Mox ejusdem Eccle-
siæ Canonicatu, &
præpositurâ ornatus,
in univerlo Clero, & po-
pulo, integritate, mo-
niam se contulit, ubi destia, doctrina, & mo-
rum suavitate præful-
lens, quam singulari-
tatem pietatis affectu vene-
rabatur, honorem, &
cultum semper pro vi-
ribus auxit.

Lectio V.

Annum circiter
quintum supra
quadragesimum a-
gens, in Ordine Fra-
trum Prædicatorum,
solemni emissâ profes-
sione, ut novus mi-
tum genere, sed præ-
cipue in charitate er-
ga

ga egenos, & maxi-
mè captivos ab Infideli-
bus detentos se
exercuit. Vnde cum
ejus hortatu S. Petrus
Nolasco (cujus ipse
confessiones audiebat
suas opes p[ro]ijissimo
huic operi conferret,
tum eidem, tum B. nos à Gregorio Nono
Raymundo, & Iaco-
bo primo Aragoniæ S. Petrum primum
Regi apparens Beatissimam Generalem Ordinis
sima Virgo, gratissi-
mum sibi, & Vnigeni-
to Filio suo fore dixit.
si in suum honorem
institueretur Ordo Reli-
giolorum, quibus
captivos ex Infide-
lium tyrannide libe-
randi cura incumbe-
ret. Quare collatis in-
ter se consiliis, Ordi-
nem Beatae Mariæ de
mercede Redemptio-

nis Captivorum iun-
davcrunt: Cui beatus
Raymundus certas vi-
psit ad eiusdem Ordin-
nis vocationem ac-
commodatissimas :
quarum approbatio-
nem aliquot post an-
tum eidem, & dictum
impetravit, & dictum
magistrum suis ipse
manibus habiut eo-
dem indutum creavit

Lection VI.

A B eodem Grego-
rio Romani ac-
cessitus & Capellani,
ac Pœnitentiarij, &
Confessarij sui mune-
re decoratus, eiusdem
iussu, Romanorum
Pontificum decreta,
in diversis Conciliis,

&

& Epistolis sparta, in unum Decretalium volumen rededit. Archiepiscopatum Tarantinensem ab ipso Ponifice sibi oblatum constantissime recusavit: Et totius Ordinis Prædicatorum generale magisterium, quod per biennium sanctissime administraverat, sponte dimisit.

Iacobo Aragoniae Regi sacrae Inquisitionis officii suis in Regnis instituendi auctor fuit

Multa patravit miracula; inter quæ illud clarissimum, quod ex Insula Baleari majori Barcinonem reveritus, strato super aquas pallio, centum sexaginta millaria lex horis confecerit, & suum

Cœnobium ianuis clausis fuerit ingressus Tandem prope centenarius, virtutibus, & meritis cumulatus obdormivit in Domino anno salutis millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, quem Clemens octavus in Sanctorum numerum retulit.

In tertio Nocturno.
Homil. in Evangel. sint lumbi vestri, &c. ut in Communi Confess. non Pontif.

Nona Læct. & com. in Laud. S. Agnetis secundò. Antiph. Ecce quod concupivi, &c.

Oratio Deus, qui nos annua beatæ Agnetis, &c. prop.

In 2. vesp. à cap. de S. Francisco Salesio Ep.

& Conf. cum commemo-
ratione S. Raymundi.

Lectiones de Scriptur.
occurr.

In secundo Nocturno.

Lectione IV.

Die xxix. Januarij.
In Feste S. Francisci
Salesij, Episcopi &
Confess. semiduplex
de præcepto.

Oratio

Deus, qui ad ani-
marum salutem,
beatum Franciscum
Confessorem tuum
atque Pontificem, o-
mnibus omnia factum
esse voluisti: concede
propitius; ut charita-
tis tuae dulcedine per-
fusi, cuius diligentibus
monitis, ac suffragan-
tibus meritis, æterna
gaudia conlequamur.
Per Dominum no-
strum.

In primo Nocturno.

Franciscus in Op-
rido Salesio, vnde
tamiliæ cognomen,
pijs, & nobilibus pa-
rentibus natus, à te-
neris annis futuræ san-
ctitatis indicia præ-
buit, morum inno-
centia, & gravitate.
Adolescens liberali-
bus disciplinis erudi-
tus: Mox Philosophia,
ac Theologiae Parisijs
operam dedit: & ne-
quid sibi decesset ad a-
nimi culturam, juris
utriusque lauream
sumnia cum laude Pa-
tavij obtinuit. In sa-
cra Æde Lauretana
perpetuæ virginitatis
votum, quo pridem

z artus, ic obtinxe-
rat innovavit: A cu-
jus virtutis proposito
nullis unquam dœ-
monum fraudibus ,
nullis sensuum illece-
bris potuit dimoueri.

R. Inveni David ser-
vum meum, oleo san-
cto meo vnxi eum: *
Manus enim mea au-
xiliabitur ei.

V. Nihil proficiet i-
nemicus in eo , & fi-
lius iniustitiae non
nocebit ei. Manus.

Lectio V.

Recusatata in Sabau-
dia Senatu am-
plissima dignitate ,
Clericali militiæ no-
men dedit ; tum Sa-
cerdotio initatus , &
Genevensis Ecclesia
Præpositoram ade-
ptus , cuius muneris

partes adeò perfecte
explevit , ut cum Gra-
nerius Episcopus vin-
dicandis ab hæresi
Calviniana Chaballi-
censibus: alijque Ge-
neyæ finitimis populis
divini verbi præco-
nem destinarit. Quam
expeditionem alacri
animo suscipiens , a-
sperrima quæque per-

pessus est, sapè ab hæ-
reticis conqueritus ad
necem , varijsque ca-
lumnijs , & infidijs
vexatus. Sed inter tot

dilerimina , & agones
insuperabilis eius con-
stantia semper enituit;
Deique ope protectus
septuaginta duo mil-
lia hæreticorum ad
catholicam fidem re-
duxisse dicitur , inter
quos multi nobilitate,

&

& doctrina insignes novum ordinem San-
numcrantur. etimonialium insti-

R. Posui adiuto- tuit , à Visitatione
rium super potētem, Beatæ Virginis mun-
& exaltavi electum de cupatum , sub Regu-
plebe mea : * Manus la Sancti Augustini ,
enim mea auxiliabitur cui addidit constitu-
ci.

V. Inveni David sc̄retione , & suavit-
servum meum , oleo te mirabiles. Suis ita-
iancto meo vnxī cum que scriptis cælesti do-
Manus.

Lectio VI.

Mortuo Granerio, iter ad Christianam
qui cum sibi Co-perfectionem tutum ,
adiutorem decerni & planum dēmōn-
curaverat, Episcopus strat. Annum deni-
consecratus, sanctita- que agens quinqua-
tis suæ radios circum- gesimum quintum ,
quaque diffudit: zelo dum è Gallia Annc-
Ecclesiasticae discipli- sum regreditur, post
næ, pacis studio, misé- latrum in die Sancti
ricordia in pauperes, Ioannis Evangeliæ
omniq[ue] virtute con- Lugduni celebratum,
spicuus. Ad divini gravi morbo corre- ptus , sequenti die
cultus augmentum ,

migravit in cælum , & pervenit ad cælestia regna. Iple intercedat. Gloria Patri. anno Domini millesimo sexcentesimo vi gesimo secundo. Ejus Iple.

corpus Annescium de latum in Ecclesia M onialium dicti ordinis honorificè conditum fuit , coepitque statim miraculis clarescere. Quibus ritè probatis ab Alexandro Septimo Pontifice Maximo in Sanctorum numerum relatus est , assig nata eius Festivitati die vigesima nona Januarii.

R. Iste est , qui ante Deum magnas virtutes operatus est : * Iple intercedat pro peccatis omnium populorum.

V. Iste est qui contempsit vitam mun-

di , & pervenit ad cælestia regna. Iple intercedat. Gloria Patri.

In tertio Noct.
Homil. in Evang. Homo peregrè proficisciens, ut in commun. Confess. Pontif. primo loco. Missa de com. Conf. Pont. Statuit ei Dominus, &c. cum Oratione propria. Evang. Homo peregrè proficisciens , &c. In Vesp. à capit. fit de S. Martinâ , cum commens. S. Francisci.

Die xxxi. Ianuarij.
In Festo S. Petri Nolaschi Confess. dup.

In Hymno Iste Confessor, dicatur Hac die laetus meruit supremos laudis honores.

Ora-

Oratio.

Deus, qui in tuæ singulari erga proximorum charitatis exemplum ad fidelium excelluit : cuius virtutis demptionem , San- præsagium fuit, quod Ætum Petrum Nola- cum adhuc in cunascum Ecclesiam tuam bulis vagiret infans , nova prole foecunda- examen apum ad eum re divinitùs docuisti : convolavit , & fa- ipsius nobis intercessione concederat pcc- vū mellis in eius dex- tera construxit. Ac- cati servitute solutis , dolescens, parentibus in cœlesti patria per- orbatus, Albigensium petua libertate gaudet hæresim, quæ tunc in re. Qui vivis, & regnas Gallia graffabatur, ex-

Deinde fit commem. S. crans, diuendito pa- Martinæ. Antipb. Ve- trimonio , in Hispaniam secessit , & apud

In primo Nocturno Beatam Virginem Lectiones de script. oc- Montis Serrati, votum curr.

In secundo Nocturno Lectio IV. Barchinonam per-

Petrus Nolasco gens cum in Christi Recaudi propè fidelibus ab hostium Carcalonam in Gallia servitute redimendis

Omnem pecuniam multam animo volven-
contumcisset, sc̄ti. Beata Virgo appa-
riſum pro ijs liberan-rens, filio suo, sibique
diſvenum ire, aut in acceptissimum fore
illorum vincula suffi-ſuggeſſit, ſi ad ſui ho-
ci, cupere dicitabat. norem Religiorum

R. Honestum fecit ordo institueretur,
illum Dominus, & cu- quibus præcipue eſſet
ſtodivit eum ab inimi- cura, captivos ab in-
cīs, & à ſeduicto, ibus fidelium tyrannoide li-
tutavit illum. *Et de- berare. Huic cœle-
dit illi claritatem æ- ſti monito illico ob-
ternam, ¶ Iustum temperans, unā cum
deduxit Dominus per S. Raymundo de Penia
vias rectas, & ostendit fort, & Iacobo primo
illi regnum Dei. Et de- Rege Aragoniæ de-
dit.

Lectio V.

Quām gratum Deo fuerit hoc Sancti Beatæ Mariæ de Mer-
viri defiderium, subsequente Redemptionis
sequens declaravit c- Captivorum instituit;
ventus: Nam noctu Sodalibus suis quarto
oranti, & de Christiano voto obstrictis, ma-
norum in captivitate nendi in pignus sub-
degentium ſubſidio, Paganorum potesta-

te,

te, si pro Christianorum liberatione opus fuerit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriæ induit cum: * Et ad portas paradisi coronavit eum. ¶ Induit eum Dominus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Edito virginitatis voto, illibatam perpetuò castitatem tus, & Psalmum, Conservavit. Patientia, fitebor tibi Domine in Humilitate, & Abstinentia, cæterisque virtutibus mirabiliter cunctis; Prophetiae dono illustris, futura prædicta: inter quæ maximè celebratur, quod Iacobus Rex Valentiam à Mauris occidit, accepta priùs ab eo obtainendæ victoriæ securitate. Angeli Custodis, ac Deipara Virginis frequenti apertione recreabatur. Senio tandem consensus, de imminentia morte certior factus, in morbum incidit, sanctisque refectus Sacramentis, fratres suos ad charitatem erga captivos cohortatus, & Psalmum, Consilium recitans, ad illa verba: Redemptio nē misit Dominus populo suo, spiritum Deo reddidit media nocte Vigiliæ Nativitatis Domini Anno millesimo ducentesimo quin-

quagesimo sexto Cu
jus festivitatem Ale-
xander Septimus die P
ervenit ad cœlestia
regna. Quia. Gloria
Patri. Quia.

trigesima prima Ianua
rij celebrari præcepit. In tertio Nocturno.
Homil. in Evang.

R. Iste homo per-
fecit omnia, qua: lo-
catus est ei Deus, &
dixit ad eum: Ingre-
dere in requiem me-
am: * Quia te vidi

Nolite timere pusillus
rex, ut in commun.
Confess. non Pontif. Je-
cundo loco. Missa. Iu-
stus ut palma florebit.
de com. Conf. non Pont.
Oratio propria.

In secundis vesperris
commem. Sancti Ignatii
Episc. & Mart.

FESTA FEBRUARII.

Die iv. Februarij.

In Festo S. Andreæ Corsini Episcopi, &
Confessoris. Semid.

In Hymno: Iste Conf.
dic: mer. sup.

Oratio.

Deus, qui in Ec-
clesia tua nova
tempor instauras ex-
cmi-

empla virtutum, da pum edidisse, qui ad populo tuo beati Andreæ Confessoris tui, Carmelitarum ædem atque Pontificis, ita pergens, in ipso tempore sequi vestigia, ut assegnatum convertitus est. adolescenti cens piè, & ingenue educatus, cum sensim ad vitia declinaret, sapè à Matre increpatus fuit. Vbi autem cognovit, se parentum voto Deiparae Virgini dicatum

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

Andream Florentiæ, ex nobili Corbinorum familia natum parentes precibus à Deo impetrarunt, & beatæ Virgini spoponderunt. Qualis Deæmone vexatus, autem futurus esset nunquam tamen prodivino prælacio, antequam nasceretur, ostentum est: nam Lutetiam missus, e-Mater grida sibi vi-sa est per quietem lu-

Carmelitarum ædem
vestibulo statim in
agnum convertitus est.
Adolescens piè, & in-
genue educatus, cum
sensim ad vitia decli-
naret, sapè à Matre
increpatus fuit. Vbi
autem cognovit, se
parentum voto Deiparæ Virgini dicatum
fuisse, Dei amore suc-
cessus, de quo visu Ma-
tris admonitus, Car-
melitarum institutum
amplexus est, in quo
variis temptationibus à
Religionis protectori
posito dimoveri. Mox
Lutetiam missus, e-
mentio studiorum cur-
sico, & laurca do-

natus, in patriam recuperatum suscepit: vocatur, siue Or-Ea dignitate auctus dñis regimini in H- humilitati, quam semtria p̄ficitur. per coluerat, impen-

R. Inveni David sius incubuit, & pasto-
servum meum, oleo rali sollicitudini mite-
sanctō meo, vnxī c- ricordiam in paupe-
um: * Manus enim res, liberalitatēm, o-
mea auxiliabitur ei. v. rationis assiduitatem,
Nihil proficiet inimi- vigilias, aliasque vir-
cus in eo, & filius ini- tutes adiunxit, & spi-
quitatis non nocebit tu etiam propheticō
ci. Manus. clarus fuit, aēcō ut e-
ius sanctitas ab omni-

Lectio V.

Interēa Fesulana bus celebraretur.

IEcclesia, suo vidua- R. Posui adjuto-
ta Pastore, cum sibi E- rium super potentem,
p̄scopum elegit, quo & exaltavi electum de-
munere le indignum plebe mea: * Manus
æstimans, diū latuit enim mea auxiliabitur
ignotus, donec pueri ei. v. Inveni David
voce mirabiliter lo- servum meum, oleo
quentis proditus, & sancto meo vnxī c-
extra urbem inventus um. Manus.
ne divinæ contradic-
ceret voluntati, Epi-

Lectio VI.

His permotus Vr-
banus Quintus rum, Sanctorum nu-
ad tecandas Bononiæ
turbas Andream lega-
tum misit : quo in
munere multa perpe-
sus civium odia , quæ
ad internectionem ex-
alterant, summâ pru-
dentia restinxit , tum
restituta tranquillita-
te, ad propria rever-
sus est. Nec multò
pòst assiduis laboribus
& voluntaria carnis
maceratione conse-
ctus , obitus die à Bea-
ta Virgine sibi prædi-
cto ad Cœlestia re-
gna migravit. Anno
Domini millesimo
trecentesimo septua-
gesimo tertio , ætatis tri-
suæ septuagesimo pri-
mo. Quem Vrbanus
Octavus multis , ma-

gnisque miraculis cla-
mero adscripsit. Ejus
corpus Florentiæ in-
Ecclesia sui Ordinis
quiœscit , & maxima
civium veneratio-
colitur, quibus non
temel in præsenti di-
scrimine præsidio fuit.
¶ Iste est qui ante
Deum magnas virtu-
tes operatus est : &
omnis terra doctrinæ
ejus repleta est : * Ipse
intercedat pro pecca-
tis omnium populo-
rum. ¶ Iste est , qui
contempsit vitam
mundi , & pervenit ad
coelestia regna. Ipse
intercedat. Gloria Pa-
tri. Ipse intercedat.
In tertio Nocturno.
Homil. in Evangel.
Homo peregrè profi-
ci.

cūcens, ut in commun. Confess. Pontif.

In 2. vesp. à capit. fit de B. Agata Virg. & Mart. cum commem. S. Andreæ.

Die viij. Februarij.
In Festa S. Romualdi Abbatis Conf. dup.

Omnia sicut notantur in Breviario, sed ritu dup. in 2. vesp. à cap. de seq. com. præced.

Die viii. Februarij.
In Festa S. Joannis de Matha Confessoris dupl. ad lib.

Omnia de communis Confess. non Pontif. ut in Brev. Rom. præter Orat. & Lect. 2. Noct. in Hymno Iste Confessor dicitur: Hac die

lætus meruit supremos laudis honores.

Oratio.

D Eus, qui per sanctum Joannem de Matha Ordinem sanctissimæ Trinitatis ad redimendum de potestate Saracenorū Captivos cœlitus instituere dignatus es: Præsta quæsumus; ut ejus suffragantibus meritis à captivitate corporis, & animæ te adjuvante liberemur. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit com. S. Romualdi.

In primo Nocturno. Lectiones de Scriptura occurrente.

Si venerit in Quadrages. lect. Beatus vir. de com. Conf. non Pont.

In

*In secundo Nocturno
Lectione IV.*

Ioannes de Matha Ordinis sanctissimæ Trinitatis Repemptionis Captivorum Institutior, Falcone in Provincia natus est , parentibus pietate, & nobilitate conspicuis. Studiorum cœla A quas Sextias, mox Parisis profectus, confectoque Theologiæ curriculo , Magisterij lauream adeptus, doctrinæ , & virtutum splendore enituit. Quibus motus Parisiensis Antistes ad sacram Presbyteratus ordinem præ humili tate reluctantem promovit , eo consilio , ut in ea Civitate com morans sapientia , &

moribus studiosæ iu ventuti prælucceret. Cùm autem in Sacello ejusdem Episcopi , plo cum aliis adstante primum Deo lacrum offerret, cœlesti favore meruit recreati. Nam Angelus candida , & fulgenti veste indutus, cui in pectorc Crux rubei , & cærulci coloris assuta erat , brachiis cancellatis, & super duos Captivos ad latera positos , Christianum unum , alterum Mau rum , extensis apparuit. Qua visione in extasim raptus intellexit protinus vir Dei, se ad redimendos ab Infidelibus Captivos destinari. *¶ Honestum Lectio V.*

Quo

Quo verò matu-
rius in re tanti
momenti procederet,
in solitudinem secessit
ibique divino nutu fa-
ctum est, ut Felicem
Valesium in ipsa Ere-
mo iam multis annis
degentem repererit,
cum quo initia locie-
tate, se per triennium
in oratione, & con-
templatione, omni-
umque virtutum stu-
dio exercuit. Conti-
git autem, ut dum fe-
cum de rebus divinis
propè fontem collo-
querentur, cervus ad
eos accesserit Crucem
inter cornua gerens,
rubei, & cærulei colo-
ris. Cumque felix ob-
rei novitatem mira-
retur: narravit e[st] Jo-
annes visionem in pri-

ma missa habitam, &
exinde ferventiū ora-
tioni incumbentes,
ter in somnis admo-
niti Romam profici-
sci decreverunt, ut à
Summo Pontifice no-
vi Ordinis pro redi-
mendis Captiis Insti-
tutionem impetra-
rent. Electus fuerat
eo tempore Innocen-
tius Tertius: qui illis
benignè acceptis,
dum secum de re pro-
posita deliberat, in fe-
sto S. Agnetis secun-
dò, Laterani intra Mit-
tarum solemnia ad sa-
cræ hostiæ elevatio-
nem, Angelus ei can-
dida veste, cruce bi-
colori, specie redi-
mentis captivos appa-
ruit. Quo viro Pon-
tifex Inititutum ap-

pro-

probavit, & novum navit, cum multis Ordinem sanctissimæ redditibus, & possessorum Trinitatis Redemptio sionibus. Datis quoniam Captivorum vocaque litteris ad Miracari jussit, ejusque molinum Regem Magistrorum Professoribus albas rochii opus redemptoris vestes cum cruce ruptionis felici auspicio bei, & cærulei colo- inchoatum fuit. Tum ris præbuit. &c. Amatus ad Hispanias, sub iugis Saracenorum magna ex parte oppres-

Lectio VI.

Sic stabilito Ordine Sancti Fundatores in Galliam redierunt, primoque Cœnobio Cervi frigidi in Dioecesi Meldensi construeto, ad ejus regimen Felix transit, & Ioannes Romani cum aliquot sociis reverlus est, ubi Innocentius Domum, Ecclesiam, & Hospitale sancti Thomæ de Formis in Monte Cælio eis do-

las, Joannes prosector est, Regumque, Principum, aliorumque fidelium animos ad captivorum, & Pauperum commiserationem commovit, Monasteria ædificavit, Hospitalia erexit, magnoque lucro animarum, plures Captivos redemit. Romanum tandem reverlus, sanctis operibus incumbens assidu:slaboribus

attritus, & morbo mæ de Formis condi-
confectus, ardentissi- gno honore tumula-
mo Dei, & proximia- tum fuit. R. Iste ho-
more exstiuans, ad mo.

extremum devenit. In tertio Nocturno.

Quare fratribus con- Homilia S. Gregorii
vocatis, cuncte ad o- Papæ in Evang. Sint
pus redemptionis cœ- lumbi vestri, &c. ut
litus præmonstratum in commun. Conf. non
efficaciter cohortatis, Pont.

obdormivit in Domi- In 2. vesp. com. S. A.
no sexto decimo Ka- polloniae V. & M.

lendas Ianuarij Anno Missa. Os justi, de
salutis millesimo, du- communni Conf. non
centesimo, decimo Pont. Orat. propria, ut
tertio, ejusque corpus in Officio.

in Ecclesia Sancti Tho-



FESTA MARTII.

Die xvii. Martij.

In Festo S. Patritij Episcopi & Confessoris
semid. de præcepto.

Omnia de Communi- præter Orationem, &
ni Confessoris Pontificis, Lectiones secundi Noct.
Ora-

Oratio.

Deus, qui ad prædicandam Genitibus gloriam tuam tuum, puer in Barbaro-Beatum Patritium Confessorem, atque Pontificem mittere dignatus es: ejus metritis, & intercessione concedere: ut quæ nobis agenda præcipis, te micerante adimplere possumus. Per Dominum.

Et fit commemoror. Fer.

In primo Nocturno
Lectiones de Epistola prima B. Pauli Apost. ad Timoth. Fidelis termo de communione Conf. Pontif.

In secundo Nocturno

Lectione IV.

Patritius, Hibernia dictus Apostolus, Calphurnio Patre, Matre Conchila San-

cti Martini Turonensis Episcopi, ut perhabet, consanguinea, maiori in Britania natum, puer in Barbarum tæpius incidit captivitatem. Eo in statu palecendis gregibus præpositus, iam tum futuræ sanctitatis specimen præbuit: Fidei namque, divinique timoris, & amoris spiritu repletus, antelu-

cano tempore per nives, gelu, ac pluvias ad preces Deo fundendas, impiger consergebat; solitus centies interdiu, centicentesque noctu Deum orare. A servitute ter-

tio exemptus, & inter Clericos relatus, in divinis lectionibus longo se tempore excutit.

cuit. Gallijs, Italia, Insulisque Tyrrheni maris labore summo peragratis, divino tandem monitu ad Hibernorum salutem advocatur: & facta à Beato Cœlestino Papa Evangelij nunciandi potestate, consecratusque Episcopus, in Hiberniam perexit,

R. Inveni David.

Lectio V.

Eo in munere missum quot Vir Apollonicus mala, quot pertulerit adversarios. Verum Dei afflante benignitate, terra illa, antea cultrix, cum mox prædicante Patri-
tio fructum dedit, ut Sanctorum Insula de-

inde fuerit appellata. Frequentissimi ab eodem populi sacro sunt regenerati lavacro: Episcopi, Clericique plurimi ordinati: Virginines, ac Viduae continentiae leges institutæ. Armachánam Sedem, Romani Pontificis authoritate, totius Insulæ Principem Metropolim constituit, Sanctorumque reliquiis ab Urbe relatis decoravit. Super aerumnas, & labores, prophetæ dono, ingenib[us] propheticis signis, & prodigiis à Deo exornatus adeò resulfit, ut longè latèque celerior Patritij fama diffuderit.

R. Potui adjutorium.

Le-

Lectio VI.

Prater quotidiam Ecclesiarum nam solicitudinem, invictum ab oratione spiritum nunquam relaxabat: Aiunt enim, integrum quotidie Psalterium una cum Canticis, & Hymnis, ducentisque orationibus consueuisse recitare: tercenties per dies singulos flexis genibus Deum adorare, ac in qualibet Hora diei Canonica centies Crucis signo munire. Noctem tria in spatio distribuens, pri-
mum in centum Psalmis percurrendis, & bis centies genuflectendo, alterum in reliquis quinquaginta Psalmis, algidis aquis immeritus, ac corde, oculis, manibusque ad Coelum erectus, ab solvendis instrumentis abbat: tertium vero super nudum lapidem stratus tenui quieti. Humilitatis eximius cultor, Apostolico more à manu suarum labore non abstinuit. Assidue tandem curis pro Ecclesia consumptus, verbo, & opere clarus, in extrema lenectute divinis Mysterijs resectus, obdormivit in Domino, sepultusque est apud Dunum in Vltonia, à Christiana salute læculo quinto.

*R. Iste est qui ante.**In tertio Nocturno.**Homil. in Evang.*

Homo peregrē proficītēs.
de communī
Conf. Pontif.

Nona Lectio dicitur
de Homilia Feriae occurr.
& de ea fit commem. ac
Laudes.

Missa de communī
Confess. Pontif. Statuit
ei Dominus. Oratio.
Deus, qui ad prædi-
candam. ut supra.

Evangel. Homo
peregrē proficītēs.
ut in eadem Missa.

Die xix. Martij.

In Feste S. Josephi
dup. secundæ classis

Omnia de communī
Confess. non Pontif. præ-
ter ea, quæ bic, & in
Breviario babentur
propria.

In utrisque Vesperis.

Hymnus.

TE Joseph, cele-
brent agmina
cælitum
Te cuncti resonent
Christiadum cho-
ri.

Qui clarus meritis,
junctus es inclytæ,
Casto fœdere
Virgini.

Almo cum tumidam
germine conjugem
Admirans, dubio
tangeris anxius,
Afflatu tuperi fla-
minis Angelus
Conceptum pue-
rum docet.

Tu natum Dominum
stringis, ad exteris
Ægypti profugum
tu sequeris pla-
gas;
Amissum, solymis
quæris & invenis,
Mi-

Mitcens gaudia
fletibus.

Post mortem reliquos
mors pia consecrat,
Palmamque eme-
ritos gloria su-
cipit:

Tu vivens, superis
par, frueris Deo,
Mira sorte bea-
tior.

Nobis, summa Trias,
parce precantibus,
Da Ioseph meritis
sydera scande-
re:

Vt tandem liceat,
nos tibi perpe-
tim.

Gratum prome-
re canticum.

Amen.

¶. Os justi media-
bitur sapientiam.

R. Et lingua ejus
loquetur judicium.

*Ad Magnificat pro pri-
mis Vesp. Antiph.*

Ioseph fili David no-
li timere accipere
Mariam conjugem
tuam; quod enim in
ca natum est, de Spi-
ritu sancto est: pariet
autem filium, & vo-
cabis nomen ejus Ie-
sum.

Oratio.

Sanctissimæ Geni-
Stricis tuæ Sponsi,
quæsumus Domine
meritis adjuvemur; ut
quod possibilitas no-
stra non obtinet, ejus
nobis intercessione
donetur. Qui vivis, &
regnas.

In Quad. fit com. fer.

Ad Matutinum

Hymnus.

Cœlum Ioseph de-
cus, atque no^ræ
C 3 Cer-

Certa ipsæ vitæ ,
columenq; mun
di,

Quas tibi læti ca
nimus , beni
gnus

Suscipe Laudes.

Te sator rerum statuit
pudicæ

Virginis Sponsum,
voluitque ver
bi

Te Patrem dici ,
dedit & mini
strum

Esse salutis,

Tu redemptorem sta
bulo iacentem ,

Quem chorus Va
tum cecinit
futurum,

Alpicis gaudens ,
humiliisque na
tum

Numen adoras.

Rex Deus Regum ,

Dominator Or
bis

Cujus ad nutum
tremit infero
rum

Turba , cui pro
nus famulatur
æther,

Se tibi subdit.

Laus sit Excelſæ Tri
di perennis,

Quæ tibi præbens
superos hono
res,

Det tuis nobis
meritis beatæ
Gaudia vitæ. A
men.

In primo Nocturno.

Leet. Beatus vir qui in
ventus est sine macu
la. *de commun.* *Confess.*
non Pontif.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernar
di Abbatis.

*Homil. super Missus
est. propè fin. Quis &
qualis homo.*

In tertio Nocturno.

*Lectione S. Evangelij
secundum Matthæum
Cap. i. Lectione VII.
Cum esset desponsata
mater Iesu Maria Io-
sephi. Et reliqua.*

*Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri. in
cap. i. Matth. Quare
non de simplici.*

*Nona Lectione de Homil.
& com. feriae occurrit. si
celebretur in Quadra-
gesima.*

Ad Laudes.

Hymnus.

Iste, quem leti coli-
mus fideles,
Cujus excelsos
canimus triumphos.

Hac die, Joseph,

meruit peren-
nis

Gaudia vitae.

Onus nimis fælix, nimis ò
beatus!

Cujus extremam,
vigiles, ad ho-
ram

Christus, & Virgo
simul asti-
runt

Ore sereno.

Hinc stygis victor, la-
queo solutus,

Carnis, ad sedes
placido sopore
Migrat æternas,
rutilisque cin-
git

Tempora fertis.

Ergo regnantem flagi-
temus omnes

Adsit ut nobis,
veniamque no-
stris

Obtinens culpis,

C 4 tri.

tribuat super-
næ

Munera pacis.

Sint tibi plausus, tibi
sint honores,

Trine, qui regnas,
Deus; & coro-
nas

Aureas servo tri-
buis fidelis

Omne per ævum
Amen

¶. Iustum deduxit
Dominus per vias re-
ctas.

R. Et ostendit illi re-
gnum Dei.

Ad Benedictus. Antiph.

Angelus Domini
Apparuit in tom-
nis Ioseph, dicens:
surge, & accipe pue-
rum, & Matrem ejus,
& vade in terram Irael
defuncti sunt enim,
qui quærebant ani-
mam Pueri.

Oratio. Sanctissimæ.

*Et fit commemor. Feria
Vesp. de S. Josepb.*

¶. Iustus ut palma
florebit.

R. Et sicut cedrus li-
bani multiplicabitur.
*Ad Magnificat pro se-
cundis Vesperis. Anti-
phona.*

Missus est Ange-
lus Gabriel ad
Virginem delponfa-
tam viro, cui nomen
erat Ioseph de domo
David, & nomen vir-
ginis Maria, de qua
natus est Iesus, qui vo-
catur Christus.

*Oratio ut supra. com-
mem S. Joachim & fer.*

*Officium septem Do-
lorum B. Mariæ Vir-
ginis.*

Feria Sexta.

*Post Dominicam Pas-
sionis celebratur Offi-
cium septem Dolorum B.
M. V. ritu dupl. mai. Si
hoc festum occurrat cum
alio festo duplici 1. vel
2. classis, transfertur
in Sabbathum sequens.
Quod si sit impedimentum a-
lio festo 9. Lectionum,
illo anno omittatur, &
nunquam transferatur
ad tempus Paschale.*

*Ad vesperas Antiph.
Ex Land. Vadam ad
monte myrrhae, Psal.
Credidi. cum reliquis
ex vesp. fer. 6. Para-
fieve.*

Capitulum.

*Q*uis credidit audi-
tui nostro? &
brachium Domini cui
revelatum est? Et a-
scendet sicut virgul-
tum coram eo, & sicut

radix de terra sitien-
ti.

Hymnus.

*S*tabat Mater dolo-
rofa, Iuxta crucem
lacrymola, Dum pen-
debat filius.

Cuius animam ge-
mentem, Contristan-
tem & dolentem, Per-
transivit gladius.

O quam tristis, &
afflita Fuit illa bene-
dicta Mater unigeniti!

*Quae moerebat, &
dolebat, Et tremebat
cum videbat, Nati-
ponas inclyti.*

*Quis est homo, qui
non ficeret, Christi Ma-
trem si videret In tan-
to suppicio?*

*Quis non posset
contristari Piam Ma-
trem contemplari,
Dolentem cum filio?*

Pro peccatis suæ
gentis, Videlicet Iesum in
tormentis, Et flagellis
subditum.

Videlicet
Vidit suum dulcem
natum, Morientem
deloatum, Dum emi-
sit spiritum.

Eia Mater fons a-
moris, Me sentire vim
doloris, Fac ut tecum
lugeam.

Fac ut ardeat cor
meum in amando
Christum Deum, Ut
sibi complaceam. A-
men.

¶ Ora pro nobis Vir-
go dolorosissima.

¶ Ut digni efficia-
mur promissionibus
Christi.

Ad Magnificat. Anti-
phona.

Tuam ipsius animam
citat ad Mariam Sime-

on) pertransibit gla-
dius.

Oratio.

Deus in cuius Pa-
sione, secundum
Simeonis prophetiam
dulcissimam animam
gloriosæ Virginis, &
matris Mariæ doloris
gladius pertransivit :
concede propitiatus : ut
qui transfixionem e-
jus, & passionem ve-
nerando recolimus,
gloriosis meritis, &
precibus omnium San-
ctorum Crucis fideliter
stantium interceden-
tibus passionis tux effectum
felicem consequamur. Qui vivis, &
regnas, &c.

Deinde fit commen- fer.

Antiphona. Deside-
rio desideravi hoc Pa-
icha manducare vo-
bis.

bi: cum, antequam patiar.

V. Eripe me Domine ab homine malo.

R. A viro iniquo eripe me.

Oratio

Esto, quæsumus Domine, propitius plebituæ: ut, quæ tibi non placent, respuentes, tuorum potius repleantur delectationibus mandorum. Per Dominum.

Ad Matutinum

Invitatorium.

Dolores glorioæ recolentes Virginis: Dominum pro nobis palsum. * Venite adoremus.

Psalm. Venite I.

Hymnus.

Sancta Mater istud agas, Crucifixi fige

plagas Cordi meo validè.

Tui nati vulnerati, Tam dignati pro me pati, Pœnas mecum divide.

Fac me tecum piè flere Crucifixo condolere. Donec ego vivero.

Juxta Crucem tecum stare, Te libenter sociare, In planctu desidero. Anicu.

In primo Nocturno.

Antiph. Astiterunt Reges tetræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Psal. 2.

Quare tremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

A:

Astiterunt reges terræ, & principes converunt in unum: * adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Dirumpamus vincula eorū: * & projiciamus à nobis jugum ipsorum.

Qui habitat in cælis iridebit eos: * & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * Et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dominus dixit ad me: * Filius meus es

tu, ego hodie genui te.

Postula à me & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, * & tamquam vasfiguli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * crudimini qui judicatis terram.

Servite Domino in timore: * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: * & pereatis de via justa.

Cum exarserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiph. Astiterunt

reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus.

Antiph. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Psal. 3.

Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insultant adversum me.

Multi dicunt animæ meæ: * Non est talus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamavi: * & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & temporatus sum: * & exi, quia Dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumdantis me: * exurge Domine, salvum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa: * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus: * & super populum tuum benedictio tua.

Antiphona Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Antiph. Factum est cor meum tamquam cera liquecens in medio ventris mei.

Psal. 12.

Vsquequò Domine
ne oblivisceris
me in finem? * Vsque-
quò avertis faciem tu-
am à me?

Quamdiu ponam
confilia in anima mea
* dolorem in corde
meo per diem?

Visquequò exalta-
bitur inimicus meus
super me? * respice, &
exaudi me Domine
Deus meus.

Illumina oculos me-
os ne umquam obdor-
miam in morte: *
ne quando dicat in-
imicus meus: Præva-
lui adversus eum.

Qui tribulant me,
exultabunt si motus
fuero: * ego autem
in misericordia tua
speravi.

Exultabit cor me-

um in salutari tuo :
cantabo Dominum qui
bona tribuit mihi: *
& plallam nomini Do-
mini altissimi.

Antiphona. Factum
est cor meum tan-
quam cera liquecens
in medio ventris mei.

v. Posuit me de-
latam.

R. Tota die mero-
re consectam.

Pater noster.

Absolutio. Exaudi
Domine.

v. Iube Domine be-
nedicere.

Benedictio. Benedi-
ctione perpetua.

De Haia Propheta.
Lectio 1. Cap. 53.

Quis credidit audi-
tui nostro? &
brachium Domini cui
revelatum est: Et an-
scen-

scendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siti-
enti. Non est species ei, neque decor: &
vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum: de-
spectum, & novissimum virorum, virum dolorum: & scientem
infirmitatem: & qua-
si absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus
eum. Verè languores nostros ipse tulit, &
dolores nostros ipse portavit: & nos puta-
vimus eum quasi le-
prosum, & percussum
à Deo, & humiliatum.
Ipse autem vulnera-
tus est propter iniqui-
tates nostras, attritus
est propter sceleram no-

stra: disciplina pacis
nostræ super eum, &
livore ejus fanati su-
mus.

R. Dilectus meus
candidus, & rubicundus,
& totus deside-
rabilis: *Omnis enim
figura ejus amorem
spirat, & ad redeman-
dum provocat, caput
inclinatum, manus ex-
pansæ, pectus aper-
tum. **V.** Piis, o Virgo
spectas cum oculis,
contemplans in co-
non tam vulnerum
livorem, quam mun-
di salutem. Omnis e-
ním.

**Benedictio Vnigeni-
tus Dei filius.**

Lectio II.
O Mnes nos quasi
oves erravimus,
unulquique in viam
tuam

suam declinavit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sic ut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tendente se obmutescet, & non aperiet os suum. De angustia, & de judicio sublatuus est, generationem ejus quis enarrabit? quia absensus est de terra ventium, propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, & divitiae pro morte sua: eò quod iniuriam non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.

R. Manus ejus tor-

natices, clavorum cuspide terebratae: * Humanæ salutis pretio quasi hyacinthis rescitæ.

V. Cornua in nivibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus sunt enim manus ejus, Humanæ salutis.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lectione III.

ET Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si poluerit pro peccato animam suam, videbit semen longavum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit & saturabitur: in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos

multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò disperdam eis plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum acceleratis reputatus est : ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogavit.

R. Diligebat Iesus Joannem: * Quoniam specialis prerogativa castitatis ampliori dilectione fecerat dignum ; quia virgo electus ab ipso, virgo in seuum permanxit.

V. In cruce denique moriturus huic matrem virginem virginini commendavit.

Quoniam specialis.
Gloria Patri. Quoniam.

In secundo nocturno.

Antiph. Inimici mei dixerunt mala mihi : Quando morietur, & peribit nomen ejus.

Psal. 40.

Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem : * in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus confervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra : * & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi super leatum doloris ejus : * unversum stratum ejus verlasti in infirmitate ejus.

Ego dixi : Domine miserere mei : * Iana

Dani-

50
animam meam , quia
peccavi tibi.

Inimici mei dixe-
runt mala mihi : *
Quando morietur, &
peribit nomen ejus ?

Et si ingrediebatur
ut videret , vana lo-
quebatur , * cor ejus
congregavit iniqüita-
tem sibi.

Egrediebatur foras,
* & loquebatur in id-
ipsum.

Adversum me su-
furrabant omnes in-
imici mei: * adversum
me cogitabant mala
mihi.

Verbum iniquum
constituerunt adver-
sum me : * Num-
quid qui dormit non
adijciet ut resurgat ?

Etenim homo pacis
meæ , in quo iperayi :

qui edebat panes me-
os , magnificavit su-
per me supplanatio-
nem.

Tu autem Domine
misericordia mei , & re-
fusca me : * & retriu-
buam eis.

In hoc cognovi ,
quoniam voluisti me :
* quoniam non gau-
debit inimicus meus
super me.

Me autem propter
innocentiam suscep-
sti: * confirmasti me
in conspectu tuo in
æternum.

Benedictus Domi-
nus Deus Israel à sa-
culo , & usque in sa-
culum : * fiat , fiat.

Antiph. Inimici mei
dixerunt mala mihi :
Quando morietur , &
peribit nomen ejus.

Antiph. Deus vitam
meam annuntiavi tibi:
posuisti lacrymas
meas in conspectu
tuo.

Psalm. 55.

Miserere mei Deus,
quoniam concavat
me homo: *
tota die impugnans
tribulavit me.

Conculcaverunt
me inimici mei tota
die: * quoniam multi
bellantes adversum
me.

Ab altitudine diei
timebo: * ego vero in
te sperabo.

In Deo laudabo
sermones meos, in
Deo speravi: * non
timebo, quid faciat mihi
cato.

Tota die verba mea
execrabantur: * ad-

versum me omnesco-
gitationes eorum, in
malum.

Inhabitabunt, &
abscindent: * ipsi cal-
caneum meum obliter-
vabunt.

Sicut sustinerunt a-
nimati meam pro ni-
hilo salvos facies illos:
* in ira populos con-
fringes.

Deus, vitam meam
annunciavi tibi: * po-
suisti lacrymas meas
in conspectu tuo.

Sicut & in promis-
sione tua: * tunc con-
vertentur inimici mei
retrorsum.

In quacunque die
invocavero te: * ec-
ce cognovi, quoniam
Deus meus es.

In Deo laudabo
verbum, in Domino
D 2 lau-

Iaudabo sermonem :
 * in Deo speravi, non
 timebo, quid faciat mihi homo.

In me sunt Deus
 vota tua : * quæ redam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapide : * ut placem coram Deo in lumine viventium.

Antiph. Deus vitam meam annunciavi tibi, posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Antiph. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

Psal. 56.

Miserere mei Deus,
 miserere mei : * quoniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alarum tuarum sperabo, * donec transcat iniquitas.

Clamabo ad Deum altissimum : * Deum, qui benefecit mihi.

Misit de cælo, & liberavit me : * dedit in opprobrium concutantes me.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam, * & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi turbatus.

Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ : * & lingua eorum gladius acutus.

Exaltate super cælos

Ios Deus: * & in omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis: * & incurvaverunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam soveam: * & inciderunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: *, cantabo, & Psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge Psalterium & cithara: * exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine: * & Psalmum dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnifica est visus ad glorias misericordia tua,

* & visus ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos Deus: * & super omnem terram gloria tua.

Antiph. Filii hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

V. Facies meæ intumuit à fletu.

R. Et palpebræ meæ caligaverunt.

Pater noster.
Absolutio. Ipsius pie-

tas.

V. Jube Domine benedicere.

Benedictio. Deus Pa-

ter.

Sermo S. Bernardi

Abbatis.

Ex Serm. de 12. festis.

Lectione IV.

Martyrium Virginis tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominiæ Passionis historia commendatur. Positus est hic (ait Santos senex de pueri Iesu) in signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, o beata mater, animam pertransivit. Alioquin non nisi eam pertransiens, carnem Filii tui penetraret : Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Iesus, ipsius planè uonattigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utique

animam pertransivit : ipsius nimirum anima jam ibi non erat, sed tua planè inde nequivabat avelli.

R. Tenebræ factæ sunt cum crucifixissent Jetum Iudæi, & circa horam nonam exclamavit Iesus vox magna : Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et inclinato capite emisit spiritum. **V.** Quis tibi nunc sensus, dum cernis talia, Virgo? Et inclinato.

Benedictio. Christus perpetuæ.

Lectio V.

Tram ergò pertransivit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immetuò prædicemus, in qua nimirum

corporeat sensum pa-
sionis excesserit com-
passionis affectus. An
non tibi plusquam
gladius fuit sermo ille,
revera pertransiens a-
nimam, & pertingens
usque ad divisionem
animæ, & spiritus :
Mulier ecce filius tu-
us ? O commutatio-
nem ! Ioannes tibi
pro Iesu traditur, ser-
vus pro Domino, di-
scipulus pro Magistro,
filius Zebedæi pro Fi-
lio Dei, homo purus
pro Deo vero. Quo-
modo non tuam affe-
ctuosisimam animam
pertransiret hæc au-
ditio, quando & no-
stra, licet saxeæ, licet
ferrea pectora sola re-
cordatio scindit ?

R. Passio Domini,

* Iplam ejus matrem
carnali orbitate gravi-
ter percutiam, vehe-
mentissime contrista-
vit.

V. Ferreum lanceæ
militaris, latus quidem
Salvatoris, animam
verò transivit Virginis
Matris. Iplam.

Benedictio. Ignem
fui amoris.

Lectio VI.

Non miremini fra-
tres, quod Maria
martyr in anima fuisse
dicatur. Miretur qui
non meminerit se au-
divisse Paulum inter
maxima gentium cri-
mina memorantem,
quod sine affectione
fuissent. Longè id suit
à Matiae vi'ceribus,
longè sit à cervulis fu-
is. Sed forte quis di-

cat: Numquid non cum præcierat moriturum? Et indubitanter. Numquid non sperabat continuo resurrecturum? Et fideliter. Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam tu frater, aut unde tibi hæc sapientia, ut mireris plus Mariam compatientem, quam Mariæ Filium patientem? Ille etiam mori corpore potuit, ista commori corde non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit: fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

R. Quis mihi det te fratrem meum sugen-tem ubera matris meæ

& inhærcendo lateri tuo, ut languis tuus languinem meum tangat, & tergit? * Ut fons aquæ tuæ defecaturigine recti cordis, per venas boni operis, in finem æternæ felicitatis exiliat.

V. Filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent.

Vt. Gloria Patri. Vt.

In tertio Nocturno.

Antiph. Intendebunt arcum rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Psal. 63.

E xaudi Deus orationem meam, cùm deprecor: * à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à con-

conventu malignan-
tium : * à multitudine
operantium iniqüita-
tem.

Quia exacuerunt
ut gladium linguas su-
as : * intenderunt ar-
cum rem amaram, ut
sagittent in occultis
immaculatum.

Subitò sagittabunt
eum , non timebunt :
firmaverunt sibi ter-
monem nequam.

Narraverunt, ut ab-
sconderent laqueos :
dixerunt : *Quis vi-
debit eos?*

Scrutati sunt ini-
quitates , * defecerunt
scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad
cor altum , * & exalta-
bitur Deus.

Sagittæ parvulo-
rum factæ sunt plagæ

eorum , * & infirma-
tæ sunt contra eos lin-
guæ eorum.

Conturbati sunt o-
mnes , qui videbant
eos , * & timuit omnis
homo.

Et annunciaverunt
opera Dei , * & facta
ejus intellexerunt.

Lætabitur iustus in
Domino , & iperabit
in eo , * & laudabun-
tur omnes recti cor-
de.

Antiph. Intende-
runt arcum rem ama-
ram , ut sagittent in
occultis immacula-
tum.

Antiph. Factus sum
sicut homo sine adju-
torio , inter m̄ ortuos
liber.

Psal. 87.

Domine Deus salutis meæ: * in die clamavi, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: * inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea, * & vita mea inferno appropinquavit.

Aëstimatus sum cum descendéntibus in lacum, * factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, * & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori, * in te-

nebrofis, & in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxisti super me,

Longè fecisti notos meos à me, * posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar, * oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Domine tota die, * expandi ad te manus meas.

Numquid mortuis facies mirabilia, * aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, *

Et veritatem tuam in
perditione?

Numquid cognoscitur in tenebris mi-
rabilia tua, * & justitia
tua in terra oblivionis;

Et ego ad te Domi-
ne clamavi, * & ma-
nè oratio mea præve-
niet te.

Vt quid Domine
repellis orationem
meam, * avertis faci-
em tuam à me?

Pauper sum ego, &
in laboribus à juven-
tute mea, * exaltatus
autem, humiliatus
sum, & conturbatus.

In me transferunt i-
rae tuæ: & terrores
tui conturbaverunt
me.

Circumdederunt me
sicut aqua tota die, *
circumdederunt me
simil.

Elongasti à me a-
micum, & proximum,
* & notos meos à mi-
seria,

Antiph. Factus sum
sicut homo sine ad-
jutorio, inter mor-
tuos liber.

Antiph. Replevit
me amaritudine, ine-
briavit me absynthio,

Psal. 108.

Deus laudem me-
am ne tacueris,
* quia os peccatoris,
& os dolosi super me
apertum est.

Locuti sunt adver-
sum me lingua dolo-
sa, & sermonibus odij
circumdederunt me, *
& expugnaverunt me
gratis.

Pro eo ut me dili-
gerent, detrahebant
mi-

mihi, * ego autem orabam.

Et posuerunt adversum me mala pro bonis, * & odium pro dilectione mea.

Constitue super eum peccatorum, * & diabolus stet à dextris ejus:

Cùm judicatur, exeat condemnatus, * & oratio ejus fiat in peccatum,

Fiant dies ej^o pauci * & Episcopatum ejus accipiat alter.

Fiant filij ejus orphani, * & uxor ejus viua.

Nutantes transfrantur filij ejus, & mendicent, * & ejiciantur de habitationibus suis.

Scrutetur fœenerator omnem substantiam

eius: * & diripient alieni labores ejus.

Non sit illi adjutor: * nec sit qui misereatur pupilli ejus.

Fiant nati ejus in interitum: * in generatione una deleatur nomen ejus.

In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini: & peccatum matris ejus non deleatur.

Fiant contra Dominum semper, & disperreat de terra memoria eorum: * pro eo quod non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, * & compunctum corde mortificare.

Et

Et dilexit maledictionem , & veniet ei: * & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum , * & intravit sicut aqua in interiora ejus , & sicut oleum in ossibus ejus.

Fiat ci sicut vestimentum quo operitur : * & sicut zona , qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum : * & qui loquuntur mala adversus animam meam

Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum : * quia suavis est misericordia tua.

Libera me quia cenus, & pauper ego sum : * & cor meum conturbatum est intra me.

Sicut umbra cum declinat , ablatus sum: & excusus sum sicut locustæ.

Genua mea infirmita sunt à jejunio : * & caro mea immutata est propter oleum.

Et ego factus sum opprobrium illis : * viderunt me , & moverunt capita sua.

Adjuva me Domine Deus meus : * tal- vum me fac secundum misericordiam tuam.

Et sciant quia manus tua hæc : * & tu Domine fecisti cam.

Maledicent illi , & tu

tu benedices : + qui
insurgunt in me co-
fundantur: servus au-
tem tuus lætabitur.

Induantur qui detra-
hunt mihi , pudore: *
& operiantur sicut di-
ploide confusione sua

Confitebor Domino
niniſ in ore meo : *
& in medio multo-
rum latidabo eum,

Quia astitit a dextris
pauperis , * ut salvam
faceret a persequenti-
bus animam meam.

Antiph. Replevit me
amaritudine , inebria-
vit me ablyntio.

v. Deus vitam me-
am annunciaui tibi.

R. Potuisti lacrymas
meas in conspectu
tuo.

Pater noster.
Absolutio A vinculis.

v. Iube Domine ve-
nedicere.

Benedictio. Evangelica Lectio.

Lectio S. Evangelij le-
cundum Ioannem.

Lectio VII.
Cap. 16.

IN illo tempore :
Stabant iuxta cru-
cem Iesu Mater ejus ,
& soror matris ejus
Maria Cleophae , &
Maria Magdalene. Et
reliqua.

Homilia sancti Au-
gustini Episcopi.

Tractat. 119. in Ioann.

Hec nimirum est
illa hora , de
qua Iesus aquilani con-
versus in vihūm,dixe-
rat matti? Quid mihi,
& tibi est mulier?non-
dum venit hora mea.
Hanc itaque horam

pre-

prædixerat, quæ tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo divina facturus, non divinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitam repellebat. Nunc autem humana jam patiens, ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano? Mortalis igitur insinuatur locus. Facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruxit præceptor bonus, ut a filijs pijs impendatur cura parentibus, tamquam lignum illud ubi fixa erant membra morientis, etiam ca-

thedra fuerit Magistri docentis.

R. Doleo super te fili mi Iesu, decorus nimis, & amabilis super amorem mulierum, * Sicut enim mater unicum diligit filium, ita ego te diligebam.

V. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Sicut.

Benedictio. Cujus festum.

Lectio VIII.

EX hac sancta doctrina didicerat Paulus Apostolus, quod docebat, quando dicebat, Si quis autem suis, & maxime domesticis non providet, fidem negavit, & est infidelis de-

deterior. Quid autem tam cuique domesticum; quam parentes filijs, aut parentibus filij? Huius itaque saluberrimi præcepti ipse Magister Sanctorum de leipso constituebat exemplum; quando non ut famulae Dei, quam creaverat, & regebat, sed ut matri homo, de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filium providebat.

R. Eia mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, & tecum lugeamus, * Et Dominicæ passionis fructum tentiamus.

V. Et sicut filius tuus Iesus pro nobis

mortuus est, & surrexit; ita & nos commortui cum eodem resurgamus. Et Gloria Patri. Et.

Lectio IX. de Homilia feriae.

Benedictio. Per Evangelica dicta.

Lectio S. Evangelij secundum Ioannem.

Lectio IX.
Cap. 11.f.

IN illo tempore, Collegerunt Pontifices & Phariæi concilium aduersus Iesum, & dicebant, Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Et rel.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tract. 49. in Ioannem sub finem.

Pon-

Pontifices & Pharisei sibi consulebant: nec tamen dicebant, Credamus. Plus enim perditi homines cogitabāt quomodo nocerent, ut perderent, quam quomodo sibi consulerent, ne perirent: & tamen timebant, & quasi consulebant. Dicebant enim: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & Gensem. Temporalia perdere timuerunt, & vitam aeternam non cogitaverunt: ac sic utrumque amiserunt.
Te Deum laudamus.

Ad Laudes

Et per Horas Antiph.
 Vadam ad montem myrræ, & ad collem thuris.

Psal. Dominus regnavit. cum reliquis de Dominica.

Antiphona. Dilectus meus candidus, & rubicundus, coma capitis ejus sicut purpura Regis vineta canalibus. *Antiph.* Quo abiit dilectus tuus, ò pulcherrima mulierum? quo dilectus tuus declinavit? *Antiph.* Fasiculus myrræ dilectus meus mihi, inter ubera mea comorabitur. *Antiph.* Fulcite me floribus: stipate me malis, quia amore langueo.

Capitulum.

E

no-

Quis credidit auditui
nostro? ut sup. in Vesp.

Hymnus.

Virgo Virginum
præclara Mihi
jam non sis amara Fac
me tecum plangere.

Fac ut portem Chri-
sti mortem, Passionis
eius sortem, Et plagas
recolere.

Fac me plagis vul-
nerari, Cruce hac ine-
briari, Ob amorem fi-
lij.

Inflammatus, &
accensus, Per te Vir-
go sim defensus, In-
dic judicij.

Fac me cruce cu-
stodiri, Morte Christi
præmuniri, Confo-
veri gratia.

Quando corpus mo-
rietur, Fac ut anima
donetur Paradisi glo-
ria. Amen.

v. Ora pro nobis
Virgo dolorosissima.

R. Ut digni efficia-
mur promissionibus
Christi.

Ad Benedictus. Antiph.
Cùm vidisset Iesus
matrem stantem juxta
Crucem, & discipu-
lum quem diligebat,
dicit matri suæ :
Mulier ecce filius tu-
us : Deinde dicit disci-
pulo : Ecce mater tua.

Oratio.
Deus in cuius Pas-
sione, secundum
Simeonis Prophetiam
dulcissimam animam
gloriosæ Virginis, &
matris Mariæ doloris
gladius pertransivit :
concede propitius, ut

qui transfixionem e-
jus, & passionem ve-
nerando recolimus,
glo-

gloriosis meritis , &
precibus omnium
Sanctorum Crucis fi-
deliter astantium in-
tercedentibus passio-
nistuæ effectum feli-
cem consequamur.

Qui vivis,&c.

Deinde fit Commem. fer.

Antiph. Appropin-
quabat autem dies fe-
stus Iudeorum : &
querrebat principes
Sacerdotum quomo-
do Iesum interfice-
rent , sed timebant
plebem.

¶. Eripe me de ini-
micis meis Deus me-
us. ¶. Et ab insutgen-
tibus in me libera me.

Oratio.

*C*ordibus nostris ,
Quæsumus Domini-
ne gratiam tuam beni-
gnus infunde : ut pec-

cata nostra castigatio-
ne voluntaria cohi-
bentes , temporaliter
potius maceremur ,
quam supplicijs depu-
temur æternis. Per
Dominum.

*Horarum Hymni ter-
minabuntur per versum
Iesu tibi sit gloria.*

Ad Primam. Antiph.
Vadam ad montem.

¶ breve. Christe Fi-
li Dei vivi. ¶. Qui pa-
sus es pro hominc.

Ad Tertiam Antiph.
Dilectus. Capitu-

lum. Quis credidit ut
sup. ¶. br. Posuit me:
* Delolatam. Posuit.

¶. Tota die mœro-
re confectam. Delola-
tam. Gloria Patri. Po-
suit me.

¶. Facies mea in-
tumuit à fletu.

R. Et palpebræ meæ
caligaverunt.

Ad Sextam Antiph.

Quò abiit.

Cap. Isaiæ 53. b.

I Pie vulneratus est propter iniquitates nostras , attritus est propter Icclera' nostra. Disciplina pacis nostræ super eum , & livore ejus fanati sumus.

R. br. Facies mea , * Intumuit à fletu. Facies mea. V. Et palpebræ meæ caligaverunt. Intumuit à fletu. Gloria Patri. Facies mea. V. Deus vitam meam annuncia vi tibi. R. Poluisti lacrymas meas in con spectu tuo.

Ad Nonam Antiphona.

Fulcite me floribus.

Capitulum Isaiæ , 3. c.

Gloria enarrabit quia abscessus est de terra viventium : propter scelus populi mei percussi eum.

R. br. Deus vitam meam , * Annunciavi tibi. Deus vitam meam.

V. Posuisti lacrymas meas , in conspectu tuo. Annunciavi tibi. Gloria Patri. Deus vitam meam. V. Ora pro nobis Virgo dolosissima. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In secundis Vesperis Ant.
Vadam ad montem.
cum reliq. de Laudib.
Psalms. Capit. Hymnus.
S V. ut supr. in prim.
Vesp.

Ad Magnificat Antiph.

Cùm vidisset Iesus
Matrem stantem juxta
Crucem & discipulum
quem diligebat, dicit
Matri Iux: Mulier, ec-
ce filius tuus: Deinde
dicit discipulo: Ecce
Mater tua.

*Oratio. Deus in cu-
jus passione.*

*Deinde fit commen-
fer.*

Antiph. Principes
Sacerdotum consili-
um fecerunt ut Iesum
occiderent, dicebant

autem: Non in die fe-
sto, ne forte tumultu-
tus fieret in populo.

*v. Eripe me Domi-
ne ab hominē malo.*

*R. A viro iniquo e-
ripe me.*

Oratio.

Concede quæsu-
mus omnipotens
Deus: ut qui prote-
ctionis tuæ gratiam
quærimus, liberati à
malis omnibus, lecura
tibi mente serviamus.
Per Dominum no-
strum.

FESTA APRILIS.

Die v. Aprilis.

In Festo S. Vincentij Ferrerij Confess.

Semid. ad lib.

Omnia de communis

Confess. non Pontif. præ-

ter ea, quæ hic baben-
tur.

Oratio.

Deus, qui Eccle-
siam tuam Beati
Vincentij Confessoris
tui meritis, & prædi-
catione illustrare di-
gnatus es: concede
nobis famulis tuis: ut
& ipsius instruamur e-
xemplis, & ab omni-
bus ejus patrocinio li-
beremur adversis. Per
Dominum nostrum.
&c. *Si celebretur in
Quad. com. fer.*

In primo Nocturno

In Quad. Lectiones
de eod. commun. Iustus
si morte. Si verò hoc fe-
stum transferri contige-
rit.

Lect. I. Noct. erunt
de Scriptura occurrente
in secundo Nocturno.

Lectio IV.

V incentius hone-
sta stirpe Valen-
tiæ in Hispania natus,
ab ineunte ætate cor-
gessit lenile. Qui dum
caliginosi hujus sæcu-
li labilem cursum pro-
ingenij sui modulo
consideraret, Religio-
nis habitum in Ordi-
ne Prædicatorum de-
cimo octavo ætatis
suæ anno suscepit, &
emissa solemni profes-
sione, sacris litteris te-
dulò incumbens,
Theologiæ lauream
summa cum laude
consecutus est. Mox
obtentia à Superiori-
bus licentia, Verbum
Dei prædicare Iudæo-
rum perfidiam argue-
re, Saracenorum er-
rores confutare, tanta

virtute , & efficacia
cæpit ; ut ingentem
ipsorum infidelium
multitudinem ad Christi
fidem perduxerit ,
& multa Christiano-
rum millia , à peccatis
ad pœnitentiam , à vi-
tijs ad virtutem revo-
carit . Electus enim à
Deo , ut monita salutis
in omnes gentes , tri-
bus , & linguas diffun-
deret , & extremi ,
tremendique judicij
diem appropinquare
ostenderet , omnium
auditorum animos
terrore concussos , at-
que à terrenis affecti-
bus avulso , ad Dei a-
morem excitabat .

R. Honestum fecit
illum Dominus , &c .

V. Iustum deduxit
Dominus &c .

Lectione V.

IN hoc autem Apo-
stolico munere , hic
vitæ ejus tenor perpe-
tuus fuit . Quotidie
Missam summo manè
cum cantu celebravit ,
quotidie ad populum
concionem habuit , in-
violabile semper jeju-
nium , nisi urgens ad-
slet necessitas , serva-
vit , sancta , ac recta
consilia nulli denega-
vit , carnes numquam
comedit , nec vestem
lineam induit , popu-
lorum jurgia sedavit ,
dissidentia regna pace
composuit , & cum ve-
stis inconsutilis Eccle-
siæ diroscismate scin-
deretur , ut uniretur ,
& unita servaretur ,
plurimum laboravit .
Virtutibus omnibus

claruit, quoique detrac-tatores, & persecutores in simplicitate, & hu-militate ambulans, cum mansuetudine re-cepit, & amplexus est.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum, stolam gloriae induit eum: * Et ad por-tas paradisi coronavit eum.

V. Induit eum Do-minus loricam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio VI.

Per ipsum divina virtus in confir-mationem vitæ, & prædicationis ejus, mu-lta signa, & mira-cula fecit. Nam fre-quentissimè super æ-gros manus imposuit, & sanitatem adepti

funt: Spiritus immuni-dos è corporibus ex-pulit: furdis auditum, mutis loquela, cœ-cis visum restituit; Leprolos mundavit, mortuos iuscitavit. Senio tandem, & mor-bo confectus infatiga-bilis Evangelij Præco plurimis Europæ Pro-vincijs cum ingenti a-nimarum fructu pera-gratis. Venetiæ in Bri-tania minori prædica-tionis, & vitæ cursum feliciter consumma-vit, anno salutis mille-simo, quadringentesi-mo decimo nono, quem Calixtus Ter-tius Sanctorum nu-mero alcripsit.

R. Iste homo per-fecit omnia, quæ lo-cutus est ei Deus, & di-

dixit ad eum : Ingrēdere in requiem meam : * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

v. Iste est, qui contēpsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia. Gloria Patri. Quia.

In tertio Nocturno.

Homil. S. Gregorij Papæ in Evang. Sint lumbi vestri præcincti. de commun. Confess. non Pontif.



FESTA MAI.

Die iv. Maij.

In Festo S. Monicæ Viduæ Semid.

Omnia de communi Sanctarum, nec Virg. nec Mart. præter ea, quæ hic babentur.

Missa. Os iusti. cum oratione propria ut sup.

Die xxix. Aprilis.

In Festo S. Petri Martyris. dup.

Omnia ut babentur in Breviario mutatori tu.

Die xxx. Aprilis.

In Festo S. Catharinæ Senensis Virginis. ex Semid. nunc duplex de Præcepto.



Oratio

Deus mōerentium consolator, & in te sperantium salus, E s qui

qui beatæ Monicæ prias lacrymas in conversione filij sui Augustini misericorditer suscepisti: da nobis utriusque interventu peccata nostra depolare, & gratiæ tuæ indulgentiam invenire. Per Dominum nostrum.

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura occurr.*

In secundo Nocturno

Lectio IV.

Monica sancti Augustini dupliciter mater, quia cum, & mundo, & cælo perperit, marito mortuo, quem senectute confectum Iesu Christo conciliavit, castam, & operibus misericordiæ exercitam vidui-

tatem agebat: in assiduis vero ad Deum orationibus pro filio, qui in Manichæorum sectam inciderat, lacrymas effundebat; quem etiam Mediolanum lecuta est, ubi ipsum frequenter horabatur, ut ad Episcopum Ambrosium se conferret. Quod cum ille fecisset, ejus, & publicis concionibus, & privatis colloquijs catholicæ fidei veritatem edocitus, ab eodem baptizatus est.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluja.

V. Specie tua, & pulchritudine tua, in-

tende, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio V.

Mox in Africam redeuntes, cum ad Ostia Tyberina constitissent, incidit in febrim. Quo in morbo cum eam quodam die anima defecisset, ut se collegit, ubi inquit, eram? Et adstantes intuens, ponite hic Matrem vestram: tantum vos rogo, ut ad Altare Domini memineritis mei. Nono autem die beata mulier animam Deo reddidit. Ejus corpus ibi in Ecclesia Sanctae Aureae sepultum est: quod postea Martino Quinto Summo Pontifice Romani translatum,

in Ecclesia Sancti Augustini honorifice conditum est.

R. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea vinxit te Deus, Deus tuus oleo latitiae, Alleluja.

V. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea vnxit.

Lectio VI.

Ex lib. 9. Confess. cap. 12.
Svbdit vero Augustinus de matris morte differens; neque enim decere arbitramur funus illud quæstibus lacrymosis gemitibusque celebrare, quia illa nec miserè nec omnino moriebatur, hoc, & documentis morum ejus, & fi-

de non ficta, rationib[us]que certis tenebamus. Atque inde paucatim reductam in pristinum senium ancillam tuam, conversionemque ejus piam in te, & sanctam, in nos blandam, atque morigeram, quæ subito destitutus sum, & libuit flere de illa, & pro illa; & si quis peccatum invenerit, fleuisse me matrem meam exigua parte horæ, matrem oculis meis mortuam, quæ me multos annos fleverat, ut oculis suis vivarem, non irrideat, sed potius si est grandi charitate, pro peccatis meis fleat ipse ad Patrem omniam fratrum Christi tui.

& Fallax grata, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur, Alleluja.

V. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera ejus. Mulier, Gloria Patri. Mulier.

In tertio Nocturno.
Lectio sancti Evangelij secundum Lucam,

Lectio VII.

Cap. 7.

In illo tempore ibat Iesus in Civitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Et reliqua. Homilia sancti Augustini Episcopi.

Serm. 44. de Verbis Domini

De juvenc illo resuscitato gavila est

est mater vidua : de hominibus in spiritu quotidie fuscitatis , gaudet Mater Ecclesia. Ille quidem mortuus erat corpore : ille autem mente. Illius mors visibiliter plangebatur; illorum mors invisibilis , nec querrebatur , nec videbatur. Quæsivit ille , qui neverat mortuos. ille solus neverat mortuos, qui poterat facere vivos. Nisi enim ad mortuos fuscitandos venisset , Apostolus non diceret : surge qui dormis. & exurge a mortuis , & illuminabit te Christus.

R. Os tuum aperuit sapientiam , & lex clementiam in lingua ejus : consideravit le-

mitas domus suæ , & panem otio la non comedit, alleluja. V. Gostavit & vidiit , quia bona est negotiatio e- jus ; non extinguetur in nocte lucerna ejus. Et panem.

Lectio VIII.

TRes autem mortuos invenimus à Domino resuscitatos visibiliter , millia invisibiliter. Quod autem mortuos visibiliter fuscitaverit , quis novit? Non enim omnia , quæ fecit , scripta sunt. Ioannes hoc dicit ? Multa alia signa facit Iesus , quæ si scripta essent , arbitror , totum mundum non posse liberos capere. Multi sunt ergo alii sine dubio fuscitati , sed non

nō fruſtra tr̄s com-
memorati. Dominus
enim noster Ieſus
Christus ea, quæ fa-
ciebat corporaliter,
etiam ſpiritualiter vo-
lebat intelligi. Neque
enim tantum miracu-
la propter miracula
faciebat: sed ut illa,
quæ faciebat, mira ei-
ſent videntibus, vera
eſſent intelligentibus.
b. 2. Regnum mun-
di, & omnem orna-
tum læculi contempſi
propter amore in Do-
mini mei Ieſu Christi:
***** Quem vidi, quem
amavi, in quem cre-
didi, quem dilexi, al-
leluia.

v. Eructavit cor
meum verbum bo-
num, dico ego opera
mea regi. Quem vidi.

Gloria Patri. Quem
vidi. ni adūto
Lectio IX.

Quemadmodum,
qui videt literas
in codice optimè scri-
pto, & non novit le-
gere, laudat quidem
antiquarij manum,
admirans apicum pul-
chritudinem, sed, quid
ſibi velint, quid indi-
cent illi apices nescit,
& eſt oculis laudator,
mente non cognitor.
Alius autem laudat
artificium, & capit in-
tellectum: ille utique,
qui non ſolum videre,
quod commune eſt o-
mnibus potest, sed eti-
am legere; quod qui
non didicit, non po-
tent. Ita, qui viderunt
Christi miracula, &
non intellexerunt,
quid

quid sibi vellent, &
quid intelligentibus
quodammodo innue-
rent, mirati sunt tan-
tum, quia facta sunt :
alij vero, & facta mi-
rati, & intellecta al-
fecuti. Tales nos in
schola Christi esse de-
bemus. Te Deum.

*Missa, quæ babetur
in Missali Rom. Oratio
propria, ut supra.*

Die x. Maij.

*In Feste S. Antonini
Archiepiscopi Floren-
tini & Confessoris
Ord. Prædicatorum.
semiduplex ad libi-
tum.*

*Omnia de communi
Confess. Pontif. præter
Orationem, & Lectiones
quæ sequuntur.*

Oratio.

Sancti Antonini Do-
mine Confessoris
tui, atque Pontificis
meritis adjuvemur :
ut sicut te in illo mi-
rabilem prædicamus,
ita in nos milericor-
dem fuisse gloriemur.
Per Dominum, &c.

*Deinde fit commen-
ti. SS. Gordiani, & Epi-
macbi MM.*

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptura
occurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

Antoninus Flo-
rentiae honestis
parentibus natus ab
ipsa jam pueritia egre-
gitum futura Sanctita-
tis specimen exhibuit.
Annum agens sextum
decimum, Religio-
nem

nem Prædicatorum amplexus, cœpit exinde maximis clarere virtutibus. Otio perpetuum bellum indixit, post nocturnum brevem somnum primus matutinis precibus aderat; quibus per solutis reliquum tempus noctis orationibus, aut certè lectio- ni, & scriptio librorum tribuebat: & si quando importunior fessis membris somnus obreperet, ad parietem paululum declinato capite, ac tan- ti per discussio somno, mox lacras vigilias avidiūs repetebat.

R. Inveni David,
&c. fol. 18.

Lectione V.

Disciplinæ regulas suis ipsius leye-

rissimus exactor, carnes, nisi in gravi ægritudine, numquam edit. Humi, aut in nudo tabulato cubabat: cilicio semper usus, & interdum zona ferrea ad vivam cùtem incinctus, virginitatem integerrimè semper coluit. In explican- dis consilijs tantæ dexteritatis fuit, ut com- muni elogio Antoninus consiliorum di- ceretur. Adeò autem in eo humilitas eni- tuit, ut etiam Cœno- bijs, ac Provincijs præfectus abjectissima Monasterij officia de- misissime obiret. Ab Eugenio IV. Floren- tinus Archiepiscopus denunciatus, ægerri- mè tandem nec nisi A-

Apostolicis minis per-
terrefactus, ut Episco-
patum acciperet, ac-
quievit.

R. Posui adjuto-
rium, &c. fol. 19.

Lectio VI.

IN eo munere vix
dici potest, quan-
tum prudentia, pietate,
charitate, mansue-
tudine, & sacerdotali-
zelo excelluerit. Illud
mirandum, tantum in-
genio valuisse, ut om-
nes fermè scientias,
per se nullo adhibito
præceptore ab solutissimè didicerit. Tan-
dem post multos la-
bores, multis etiam e-
ditis insignis doctrinæ
libris, Sacra Euchari-
stia, & Vnctione per-
cepta, complexus Cru-
cifixi imaginem, mor-

tem lætus apcxit ex-
to nonas Maij millesimo
quadringentesimo
quinquagesimo
nono. Miraculis vi-
vens, & post mortem
conspicuus, Sancto-
rum numero adscri-
ptus est ab Adriano
VI. anno Domini mil-
lesimo quingentesimo
vigesimo tertio.

R. Iste est. fol. 20.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evang. Ho-
mo peregrè profici-
scens. *de communione*
confess. *Pont.* primo loco.
cum 9. *l. Et. & comm. in*
Laud. SS. MM.

Missa de commun.

Confess. Pontif. Statuit.

Prima orat. propr.
Sancti Antonini Do-
mine, ut supra, reliq-
omnia ut in eodem Com.

Die xvij. Maij.
In Feste S. Venantij
Mart. semid.

*Omnia de communi
unius Mart. temp. Pas^c.
præterea quæ hic sunt
propria.*

In Vesperis.

Hymnus.

Martyr Dei Venantius

Lux, & decus Camer-
tium

Tortore victo, & judi-
ce

Lætus triumphum
concinit.

Annis puer, post
vincula,
Post carceres, post ver-
bera

Longa fame fremen-
tibus

Cibus datur Ieonibus.

Sed ejus inno-
centia

Parcit Ieconum imma-
nitas :
Pedesque lambunt
Martyris,
Iræ, famisque imme-
mores.

Verlo deorsum
vertice

Haurire fumum cogi-
tur.

Costas utrinque, &
viscera

Succensa lampas ustu-
lat.

Sit laus Patri, sit
Filio,
Tibique sancte Spir-
itus :

Da per preces Venan-
tij

Beata nobis gaudia.
Amen.

Oratio.

Deus, qui hunc di-
em Beati Venan-
tij Martyris tui trium-
pho

pho consecrasti : ex-
audi preces populi tui,
& præsta ; ut qui e-
jus misericordia veneramur,
fidei constantiam imi-
temur. Per Domi-
num, &c.

*Ad Matutinum**Hymnus.*

A Thleta Christi
nobilis
Idola damnat gen-
tium,
Deique amore saucius
Vitæ pericla despicit.

Loris revinctus
asperis
Erupe præcepis volvi-
tur:
Spineta vultum lanci-
nant,
Per saxa corpus scin-
ditur.

Dum membra
raptant Martyris
Languet siti satellites:

Signo Crucis Venan-
tius

E rupe fontes elicet.

Bellator ò fortif-
fime,

Qui perfidis tortori-
bus

E caute præbes pocu-
lum,

Nos rore gratiæ irriga.

Sit laus Patri, sit

Filio,

Tibique sancte Spiriti-
tus :

Da per preces Venan-
tij

Beata nobis gaudia.
Amen.

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptura
ocurrente.*

In secundo Nocturno

Lection IV.

Venantius Camers
quindecim annos
natus, cum Christianæ

Religionis accularetur apud Antiochum, qui sub Decio Imperatore Camerino præcerat, in porta civitatis Præfidi se obtulit; quem ille pollicatiōnibus, ac terroribus diu tentatum flagris cedi, & vinculis astrinigi jussit; sed ijs mirabiliter ab Angelo solutus, lampadibus postea aduritus, atque in verlo ore sumo supposito suspenditur, Ejus constantiam in tormentis demiratus Anastasius Cornicularius, & quod eum ab Angelo iterum solutum candida veste supra fumum ambularem vidisset, in Christum credidit, & à Beato Porphyrio Pres-

bytero cum familia baptizatus, paulò post martyrij palmam cum eodem promeruit.

Temp. Pascb. R. Lux perpetua.

Extra tempus Pascb. R. Honestum fecit.

Lectio V.

Asidi sistitur, & ab eo iterū frustrā tentatus, ut Christi fidem desereret, in carcerem coniicitur; quo Attalus Præco mittitur, qui ei dicat se quoque Christianum fuisse, & ei nomini propterea renunciasse, quod cognovisset, inane esse fidei commentum, quo Christiani præsentibus se abdicant ob vanam futurorum ipcm. Verū nobilis Chri-

Christi Athletha callidi hostis insidias non ignorauit diaboli ministerum à te penitus rejecit, quare ad Præsidem iterum adducto omnes contusi sunt dentes, maxillæque confractæ; atque ita cælus in sterquilinum deicxitur. Sed inde ab Angelo quoque erexitus rursus stetit ante judicem, qui Venantio adhuc loquente è tribunali cecidit, & in ea voce. Verus est Venantij Deus, nostros Deos destruite, exclamans expiravit.

Temp. Pasch. R. In servis suis.

Extra tempus Pasch. R. Desiderium.

Lectione VI.

Vod cum Præsidi nunciatum esset, extemplò Venantium leonibus obijci jussit; qui naturali feritate omissa, ad ejus te pedes abjecerunt, interim ille populu Christi fidem edocebat, quare inde amotus iterum in carcerem traditur. Cumque post tridiū Præsidi referret Porphyrius, te per viuum noctu populos, quos Venantius aqua tingebat clarissima luce fulgentes, ipsum verò Præsidem obscurissima caligine opertū vidisse, Prætes ira incensus cum illicò capite plecti imperat, deinde Venantium per loca vepribus, & carduis confita trahi usque ad Ve-

speram. Is cum semianimis relictus esset, manente iterum Präsidii præsentavit; cuius iustu statim è rupe præcipitatur; sed inde etiam divinitus exceptus denuò per loca aspera ad mille passus trahitur; ubi militibus siti æstuantibus, in proxima convalle ex lapide, in quo, & genuum formam reliquit, sicut etiam nunc in ejus Ecclesia vide relacet, Crucis signo à Venantio facto, aquæ manarunt. Eo miraculo plures permoti in Christum crediderunt, quos omnes Prätes eò loci unà cum Venantio capite feriri iussit. Fulgura, & tremotus eo tempore

ita magni fuere, ut Präses aufugeret: qui paucis tamen post diebus divinam haud valens effugere justitiam turpissimam mortem oppetit. Christiani interini Venantij, & aliorum corpora honorifico loco sepelierunt quæ Camerini in Ecclesia Venantio dicta condita adhuc sunt.

Temp. Pasch. Filiæ Ierusalem.

Extra tempus Pasch.
¶ Stola jucunditatis.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evang. Ego sum vitis vera, & Pater meus. de commun. unius Mart. temp. Pasch., extra tempus Paschale Evangelium. Si quis venit ad me,

Ad Laudes.

Hymnus.

Hymnus.

Dum nocte pulsata
lucifer
Diem propinquam
nunciat,
Nobis refert Venan-
tius
Lucis Beatæ munera.

Nam criminum
caliginem,
Stygisque noctem de-
pulit:

Veroque Cives lumi-
ne
Divinitatis imbuit.

Aquis sacri Ba-
ptismatis
Lustravit ille patriam:
Quos tinxit unda mi-
litēs,

In astra misit Marty-
res.

Nunc Angelo-
rum particeps
Adesto votis suppli-
cum:

Procul repelle crimi-
na,

Tuumque lumen in-
gere.

Sit laus Patri, sit
Filio,
Tibique sancte Spi-
ritus,

Da per preces Venan-
tij

Beata nobis gaudia.
Amen.

Missa. Protexisti
me, &c. *de eodem com-*
muni tempore Paschali,
Pasch. extra tempus
Paschale verò. Missa. In
virtute tua Domine,
&c. *ut in com. unius*
Mart. non Pont. Evang.
Si quis venit ad me,
de com. unius Mart.
Pont.

Vesp. *de S. Petro Cæle-*
stino Papa & Confess.
cum com. S. Venantii
Mare.

Mart. & s. Pudentianæ.

Die xix. Maij.

In Festo S. Petri Cælestii i Papæ, & Conf. duplex.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Cælesti-
num ad summi Pontificatus apicem subli-
masti ; qui que illum
humilitati postponere
docuisti : concede pro-
pitius : ut eius exem-
pio cunctamundi de-
spicere, & ad promis-
ta humilibus præmia
peruenire feliciter
mercamur. Per Domi-
num.

*Deinde fit commem.
S. Venantij, & S. Pu-
dentianæ Virg.*

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptura
occurr.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

Petrus, à nomine ,
quo Pontifex est
appellatus, Cælestinus
dictus, honestis, catho-
licisque parentibus Æ-
ternæ in Samnitibus
natus adolescentiam
vix ingressus, ut ani-
mam à mundi illece-
bris custodiret, in so-
litudinem secessit. Ibi
contemplationibus mē-
tem nutriens, corpus
in servitutem redi-
gens, ferram catenam
ad nudam carnem ad-
hibebat. Congregatio-
nem, quæ postea Cæ-
lestinorum dicta est,
sub Regula sancti Be-
nedicti instituit. Hinc
quasi lucerna super
can-

candelabrum posita ,
cum abcondi nequi-
ret (Romana Eccle-
sia diu viduata Pasto-
re) in Petri cathedram
ignorans, & absens a-
scitus, magna novita-
tis admiratione , non
minus quam repenti-
no gaudio cunctos af-
fecit. Cum autem in
Pontificatus sublimi-
tate collocatus varijs
distentus curis, affuetis
incumbere meditatio-
nibus vix posse cogno-
sceret ; oneri pariter,
& honori voluntarie
cessit. Indeque pri-
scam vitae rationem
repetens, obdormivit
in Domino. Ejusque
pretiosam mortem
Crux præfulgens in
aëre ante cubiculi o-
stium reddidit amplius

gloriosam. Miraculis
multis tam vivens ,
quam post obitum
claruit, quibus ritè e-
xaminatis , Clemens
Quintus anno post-
quam decessit unde-
cimo, Sanctorum nu-
mero adscripsit.

R. Inveni David. fol. 26.

Lectio V. & VI.

Exlibro Moraliū
sancti Gregorij Papæ.
Lib. 10. cap. 16. in c. 12. lob.

Deridetur justi sim-
plicitas. *exc commun.*
Conf. non Pont. 2. loc.

In tertio Noct.

*Lectio sancti Evange-
lij secundum Matthæū*

Lectio VII.

Cap. 19.

IN illo tempore di-
xit Petrus ad Iesum :
Ecce nos reliquimus
omnia, & secuti sumus

te, quid ergo erit nobis? Et reliqua. Hom. Vén. Bedæ Presbyteri.

In Natali S. Benedicti.

Perfectus ille est, qui abiens vendit omnia, quæ habet, & dat pauperibus, ac veniens sequitur Christum: habebit enim thesaurum non deficientem in Cælis. Vnde benè interrogante Petro dixit talibus Iesus: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cum se derit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. In hac quippe vita pro ejus nomi-

ne laborantes, in alia præmium sperare docuit: id est, in regeneratione, cum vide licet in vitam immortalem fuerimus resurgendo regenerati, qui in vitam caducam mortaliter eramus geniti.

R. Amavit eum Dominus, &c.

Lectio VIII.

ET justa prorsus retributio, ut qui hic pro Christo humanæ gloriam celsitudinis neglexerunt, illic à Christo judice glorificati singulariter cum eo assideant, qui à sequendis ejus vestigijs nulla ratione poterant avelli. Nemo autem putet duodecim tantum Apostolos,

los , quia pro Iuda
prævaricante Matthias
electus est , tunc esse
judicaturos ; sicut ,
nec duodecim solæ
sunt tribus Israel ju-
dicandæ : alioquin tri-
bus Levi , quæ tertia de-
cima est , in judicata re-
cedet .

R. Sint lumbi &c.

*Nona Lect dic. de S.
Pudentiana Virg.*

Missa. Statuit ei Do-
minus . de com. Conf.
Pont. Oratio ut sup. E-
vangel. Ecce nos reli-
quimus omnia . ut in
com. Abb.

*In 2. vesp. com. S.
Bernardini Sen. Conf.*

Die xx. Maij.

*In Feste S. Bernardi-
ni Senen. Confess. Se-*

*miduplex. de com.
Conf. non Pontif.*

Oratio

Domine Iesu , qui
beato Bernardi-
no Confessori tuo exi-
mium sancti Nominis
tui amorem tribuisti :
eius , quæsumus , meri-
tis , & intercessione ,
spiritum nobis tuæ di-
lectionis benignus in-
funde . Qui vivis , &c.

*In primo Nocturno
Lectiones de scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Bernardinus Albi-
zesca nobili Se-
nensi familia ortus , ab
inceunte ætate non ob-
scura sanctitatis dedit
inditia , nam à pijs pa-
rentibus honestè edu-
ca-

catus, neglectis puerilibus ludis inter prima grammaticæ studia, pietatis operibus animum intendit, jejunijs orationi, & Beatissimæ Virginis cultui præcipue addictus. Misericordia verò in pauperes fuit insignis: quæ quidem omnia procedente tempore, quo melius posset excole-re, eorum numero adscribi voluit, qui senis in hospitali domo Beatae Mariæ de Scala, Deo intervint; unde complures sanctitate celebres viri prodierunt. Ibi corporis afflictione, & ægrotantium cura, dum atrox pestilentia grassaretur incredibili charitate scie exercevit. Inter cæ-

teras autem virtutes castitatem, egregia forma repugnante, sanctissimè custodivit: adeò, ut eo prælente, nemo unquam, ne impudentissimus quidem, verbum minus honestum proferre auderet.

R. Honestum fecit illum, &c. fol. 22.

Lectio V.

Gravi morbo ten-tatus, coque ad quatuor mentes patientissimè tolerato, demum incolumis de religiosæ vitæ instituto capessendo delibera-re cœpit, quo ut sibi viam muniret, ædiculam in extrema vrbe conduxit, in quam cum lese abdidisset, asperrimam omni ex-

par-

parte vitam trahebat ,
Deum assiduè orans ,
ut , quid sibi sequen-
dum esset, ostenderet.
Quare divinitus fa-
ctum est , ut Beati
Francisci Ordinem
præ cæteris optaret ,
in quo humilitate, pa-
tientia , aliquæ religio-
si hominis virtuti-
bus excelluit. Id cum
cœnobij Rector ani-
madverteret , jamque
antea Bernardini do-
ctrinam , & sacrarum
litterarum peritiam
perspectam haberet ,
prædicandi onus ei-
dem imposuit ; quo
humillimè suscepto ,
cum se minus idone-
um agnosceret ob vo-
cis exilitatem , ac rau-
citatem , Dei ope im-
plorata non sine mi-

raculo , ejusmodi im-
pedimento liberatus
est.

R. Amavit eum Do-
minus , &c. f. 23.

Lectio VI.

CVMQUE ea tempo-
ra vitijs , crimi-
busque redundarent ,
& cruentis factioni-
bus in Italia , divina
humanaque omnia
permixta essent , Ber-
nardinus urbes , atque
oppida concursans , in
nomine Iesu , quem
semper in ore , & in
pectore gerebat col-
lapsam pietatem , mo-
resque , verbo & exem-
pli magna ex parte re-
stituit : quo factum
est , ut præclaræ Civi-
tates eum sibi Episco-
pum à Summo Pon-
tifice postularent :
quod

quod ille munus invicta humilitate constantissimè rejecit. Denique vir Dei immensis laboribus exhaustis multis, magnisque editis miraculis, libris etiam piè, docteque conscriptis, cùm vixisset annos sex, ac sexaginta, in urbe Aquila in Vestinis, beato fine quievit, quem novis indies coruicantem signis, anno post obitum sexto Nicolaus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ &c.
fol. 24.

In tertio Nocturno

Homil. in Evangel.
Ecce nos reliquimus omnia de communis. Abb.

*Missa. Os luiti. Ora-
tio ut sup.*

Dic xxv. Maii.

*In Festo S. Mariae Magdaleuæ de Paz-
zis Virginis semid.*

*Omnia de comm. Virg.
præter ea, quæ bic ba-
bentur.*

Oratio.

Deus Virginitatis amator, qui beatam Mariam Magdalénam Virginem tuo amore succensam, cœlestibus donis decorasti; da, ut quam festiva celebritate veneramur puritate, & charitate imitemur.

Per Dominum, &c.

*Deinde fit commens. de
S. Urbano Papa, &
Mart. Antiph. Iste
San-*

Sanctus. *Temp. Pa-*
Jcbali Ant. Lux per-
petua.

In primo Nocturno
Lectiones de scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno
Lection IV.

Maria Magdalena
illustriori Paz-
ziorum genere Flo-
rentiae nata, sc̄re ab in-
cunabulis iter perfectionis arripuit. De-
cennis perpetuam vir-
ginitatem vovit, sus-
ceptoque habitu in
Monasterio Sanctae
Mariæ Angelorum
Ordinis Carmelita-
rum se omnium vir-
tutum exemplar ex-
hibuit. Adeò casta
fuit, ut quicquid pu-
ritatem lēdere potest,
penitus ignoraverit.

Quinquennium, Deo
jubente, solo pane, &
aqua translegit, exce-
ptis diebus Domini-
cis, quibus cibis qua-
dragesimalibus vesce-
batur. Corpus suum
cilicio, flagellis, frigo-
re, inedia, vigilijs, nu-
ditate, atque omni
poenarum genere cru-
ciabat.

R. Propter vitatem
&c.

Lection V.

Tanto igne divini
amoris æstuabat,
ut ei ferendo impar,
ingesta aqua pectus
refrigerare cogeretur.
Extra sensus frequen-
ter rapta, diuturnas,
& admirabiles extases
passa est, in quibus, &
arcana cœlestia pene-
travit, & eximijs à Deo
gra-

gratijs illustrata fuit. His autem munita longum certamen à principibus tenebrarum sustinuit, arida, desolata, ab omnibus derelicta, varijsque temptationibus vexata, Deo sic permittente, ut invictæ patientiæ, ac profundissimæ humilitatis exemplar præberet.

R. Diléxisti justitiam.

Lectio VI.

Charitate erga proximum singulariter enituit; nam tæpè noctes ducebat insomnes, vel obeundis fororū ministerijs, vel interviendo infirmis occupata, quarum aliquando ulcera lambens sanavit. Infide-

lium, & peccatorum perditionem amare deflens, sed ad quælibet pro illorum salute tormenta paratā offerebat. Multis ante obitū annis, universis cæli delicijs, quibus copiosè affluebat, heroicæ virtute renuncians, illud frequenter in ore habebat: Pati, non mori. Tandem longa, & gravissima infirmitate exhausta transivit ad Sponium die vigesima quinta Maij anno millesimo hexcentesimo septimo, expleto anno quadragesimo primo ætatis suæ. Eam multis in vita, & post mortem miraculis claram. Clemens Nonus Sanctorum Virginum numero adscriptus.

scripsit, cuius corpus
in præsentem diem in-
corruptum conserva-
tur.

Eg. Afferentur Regi
Virgines, &c.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evangel.
Simile est Regnum
Cælorum decem Vir-
ginibus. *De com. Virg.*
9. *Lectio de S. Vrbano*
Papa, & Mart. Si au-
tem hoc festum venerit
feria 2. vel 4. *Rogatio-*
nun, omissittitur *Lectio*
de S. Vrbano, & legitur
de homil. Rogationum,

FESTA JUNII.

Die vi. Iunij.

In Festo S. Norberti Ep. & Conf. dup. de
præcepto ex antiquo semiduplici.

Die xiii. Iunij.

In Festo S. Antonij

& de ea, ac S. Vrbano fit
comm. in laud.

Missa. Dilexisti ju-
stitiam, &c. *cum comm.*
S. Vrbani Pap. M.

Vesp. de S. Philippo
Nerio Confess. cum com.
præced.

Die xxvi. Maij.

In Festo S. Philippi
Nerij Conf. Congre-
gationis Oratorij
Fund. dup. de præce-
pto.

Omnia sicut in Bre-
viario, sed ritu dup.

FESTA JUNII.

de Padua Conf. Off.
ex semid. duplex.



FESTA IULII.

Die iv. Iulij.

*In Festa S. Elisabethæ Reginæ Portugaliæ
Viduæ semiduplex.*

Ad Vesp̄oras, Antiph.
Iuravit Dominus, cum
reliq. Antiph. & Psalm.
de commun. Apostolo-
rum.

Capitulum.

Mulierem fortē
quis īp̄veniet? procul, & de ultimis
finib⁹ p̄tium ejus,
confidit in ea cor viri
sui, & spolijs non indi-
gebit.

R. Deo gratias.

Hymnus.

Domine cordis im-
petus Elisabeth
Fortis, inopsque Deo
Servire, regno prætu-
lit.

En fulgidis recepta
cæli fedibus,
Sydereæque domus,
Ditata sanctis gaudijs.
Nunc regnat inter
cælites beatior.
Et premit astra docens
Quæ vera sint regni
bona.
Patri potestas, Fi-
lioque gloria,
Perpetuumque decus
Tibi sit, alme Spiritus.
Amen.

V. Ora pro nobis B.
Elisabeth.

R. Ut digni efficia-
mus promissionibus
Christi.

Ad

Ad Magnificat, Antiph.

Et nunc Reges intelligite, crudimini qui judicatis terram.

Oratio.

Clementissime Deus, qui B. Elisabeth Reginam, inter ceteras egregias dotes, bellici furoris sedandi prærogativa decorasti: da nobis, ejus intercessione, post mortalis vitae, quam suppli citer petimus, pacem, ad æterna gaudia pervenire. Per Dominum, &c.

Deinde fit comm. Off.

Apost. Antiph.

Petrus Apostolus, & Paulus doctor gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

V. Constitues eos

principes super omnem terram.

R. Memores erunt nominis tui Domine.

Oratio

D Eus, qui hodie nam diem Apostolorum tuorum Petri, & Pauli Martyrio consecrasti: da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religio nis sumpsit exordium. Per Dominum, &c.

Ad Matutinum

Invitatorium.

Laudemus Deum nostrum * in sanctis operibus Beatæ Elisabeth.

Hymnus, ut supra in Vesper.

In primo Nocturno.

Antiph. Elevata est magnificentia Elisabethi super cælos.

Psalms. Domine Dominus noster, ut in *com. non Virg.*

Antiph. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum, quia concupivit Rex speciem tuam.

Psalms. Cæli enarrant gloriam Dei.

Antiph. Accepit Benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.

Psalms. Domini est terra.

℣. Multæ filiæ congregaverunt divitias.

℟. Tu supergressa es universas.

Lectiones I. Noct.
De Parabolis Salomonis
Mulierem fortem. ut in *com. SS. Mulierum.*

℟. I. Regali exorta progenie triumphat

in cælis Eliabeth tripli circumdata varietate meritorum : * Nam in terra in triplici vita gradu posteris imitanda virtutum reliquit exempla. ℣. Virginalem statum, conjugalem, & vidualem inoffenso pede cucurrit. Nam.

℟. 2. Os suum aperuit sapientiæ ; * Et lex clementiæ in lingua ejus. ℣. Quoniam prævenisti eam in benedictionibus dulcedinis. Et lex.

℟. 3. Desiderium animæ ejus tribuisti ei : * Et voluntate labiorum ejus non fraudasti eam. ℣. Scuto bona voluntatis tuæ coronasti eam Domine. Et voluntate. Gloria Pa-

Patr. Et voluntate.

In secundo Nocturno
Antiph. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua.

Psalm. Eruetavit ex communi Virg.

Antiph. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.

Psalm. Deus noster refugium. *ibidem.*

Antiph. Iustitia, & misericordia plena est dextera tua.

Psalm. Magnus Dominus.

V. Virga tua, & baculus tuus.

R. Ipsa me consolata sunt.

Lectio IV.

Elisabetham Argoniam Regibus ortam, Christi anno millesimo ducentesimo septuagesimo primo, in prælagium futuræ sanctimoniacæ, parentes, præter morem, relicto matris, aviæque nomine, à magna ejus matertera, Thuringiæ domina, sancta Elisabetha in Baptismo nominatam voluere. Vbi nata est, statim patuit, quam felix regum, regorumque esset futura pacatrix: natalitia enim ejus lætitia perniciose avi, patrisque dissensiones in concordiam convertit. Pater vero crescentis postea filiæ admiratus indelem, affirmabat

fore, ut una Elisabetha reliquias Aragoniorum Regum sanguine creatas faminas virtute longè superaret. Sic cælestem ipsius vitam in contemnendo corporis ornatu, in fugiendis voluptatibus, in jejunijs frequentandis in divinis precibus assidue recitandis, in charitatis operibus exercendis veneratus, rerum suarum, regni que felicitatem, unius filiæ meritis referebat acceptam. Tandem ubique nota, & à multis principibus exoptata, Dionysio Lusitaniae Regi Christianis cæremonijs ritè est in matrimonium collata.

Eg. Audi filia, & vi-

de, & inclina aurem tuam, & oblivia scere populum tuum, & domum patris tui: Et concupiscet Rex de corem tuum. *V.* Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prosperè procede, & regna. Et concupiscet.

Lectio V.

Ivncta conjugio, non minorem excolendis virtutibus, quam liberis educandis operam dabat: viro placere studens, sed magis Deo mediam ferè anni partem solo pane tolerabat, & aqua: quæ in quodam ipsius morbo divinitus verla est in vinum, cum id à medicis præscriptum bibere recusasset. Pauperis fœmi-

næ ulcus horrendum exosculata, drepente sanavit. Pecunias pauperibus distribuendas, ut Regem laterent hiberno tempore in rosas convertit. Virginem cæcam à nativitate illuminavit; multos alios solo crucis signo à gravissimis morbis liberavit; plurima id genus miracula patravit. Monasteria collegia, & templa non modo extruxit, sed etiam magnifice dotavit. In Regam discordijs componendis admirabilis fuit, in privatis publicisque mortalium sublevandis calamitatibus indefessa.

R. Manum suam misit ad fortia: * Ma-

num suam aperuit in noxi, & palmas suas extendit ad pauperem v. Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi. Manum suam.

Lectio VI.

DEsuncto Rège Dionysio sicut virginibus in prima ætate, in matrimonio conjugibus, ita viduis in solitudine, fuit omnium virtutum exemplar. Illicò enim religiosis S. Clara vestibus induita, regio funeri constanter interfuit, ac paulò post Compostellam proficisciens, multa ex holoserico, argento, & auro, gemmisque donaria pro Regis anima obtulit, Inde revertit-

domum, quidquid si-
bi charum, aut pretio-
sum supererat, in sa-
cros, ac pios usus con-
vertit: absolvendo-
que suo verè regio
Conimbricensi virgi-
num cænobio, & a-
lendis pauperibus, &
protegendi viduis,
defendendi pupillis,
miteris omnibus ju-
vandis intenta, non
sibi, sed Deo, & mor-
talium omnium com-
modis vivebat. Reges
duos, filium, & gene-
rum pacificatura, Stre-
motium nobile oppi-
dum veniens, morbo
ex itinere contra-
cto, ibidem à Virgine
Deipara visitata, san-
ctissimè obiit anno
millesimo trecentesi-
mo trigesimo sexto,

die quarta Iulij, post
mortem multis mira-
culis claruit, præter-
tim suavissimo corpo-
ris iam per annos ferè
trecentos incorrupti
odore: semper etiam
Reginæ sanctæ cogni-
mento celebris, tan-
dem anno Jubilæi, &
nostræ salutis millesi-
mo sexcentesimo vi-
gesimo quinto, totius
Christiani orbis con-
cursu, & applausu, ab
Urbano Octavo ritè
inter Sanctos adscri-
pta est.

R. Regnum mundi
& omnem ornatum
æculi contempsi pro-
pter amorem Domini
mei Iesu Christi. Quem
vidi, quem amavi, in
quem credidi, quem
dilexi. **v.** Eructavit cor

meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Quem. Gloria Patri. Quem.

In tertio Nocturno.

Antiph. Confessio, & pulchritudo in con-spectu ejus, sanctitas, & magnificentia in laetificatione ejus.

Psalms. Cantate i. de com. Virg. in 3. Noct.

Antiph. Annun-
verunt Cœli justitiam
ejus, & viderunt omnes populi gloriam
ejus.

Psalms. Dominus re-gnabit, exultet.

Antiph. Iudicavit in
justitia, & populos in
æquitate.

Psalms. Cantat. ij.

¶. Ignis ante ipsam
præcedet.

¶. Et inflammabit in
circitu inimicos ejus.

Homilia S. Gregorij Pap.
in Evang. Simile est
regnum cœlorum the-
sauro, ut in comm. SS.
Mulierum.

¶. 7. Os suum ape-
ruit sapientiæ, & lex
clementiæ in lingua
ejus consideravit se-
mitas domus suæ,* Et
loquebatur de testi-
monijs Domini. ¶. Gu-
stavit, & vidit, quia
bona est negotiatio e-
jus, non extinguetur
in nocte lucerna ejus.
Et loquebatur.

¶. 8. Invocavi, &
venit in me spiritus sa-
pientiæ, & præposui
illam regnis, & tedi-
bus: * Et divitias ni-
hil esse duxi in compa-
ratione illius. ¶. Me-
lior est enim sapientia
cunctis opibus pre-
cio-

tiosissimis. Et divitias.
Gloria Patri. Et divitias.

Ad Laudes, & per Horas.

Antiph. Dum esset
 Rex in accubitu suo
 nardus mea dedit odorem suavitatis.

Psalm. Dominus regnavit.

Antiph. Et concupiscet Rex decorum tuum, quia ipse est Dominus Deus tuus.

Antiph. Potens in opere, & sermone, lenivit iracundiam Domini, & conciliavit cor patris ad filium.

Antiph. Quasi arcus resplendens inter nebulas gloriae, & quasi flos rostellarum in diebus vernis.

Antiph. Quasi stel-

la matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis.

Capitulum.

Mulerem fortem, &c.

Hymnus.

O pes, deculque Regium reliqueras Elisabeth, Dei dicata numini,

Recepta nunc bearis inter Angelos Libens ab hostium tuere nos dolis

Præi, viamque dux salutis indica, Sequemur. O sit una mens fidelium,

Odor bonus sit omnis actio, tuis

Id innuit rosis operata charitas.

Beata charitas in arce syderum, Potens locare nos per

omne saeculum:

Pa-

Patrique, Filioq; lum-
ma gloria,
Tibi que laus perennis,
alme Spiritus.
Amen.

v. Meritis, & preci-
bus Beatae Elizabeth.

R. Propitius esto
Domine populo tuo.

Ad Benedic.
Antiph.

Tu gloria
Ierusalem, tu lætitia Ili-
rael, tu honorificen-
tia populi tui.

Oratio ut supra.
Et fit com. oct. Apost.

Missa. Cognovi.

In 2. vesp. Antiph.
ut in Laud. Psal. de
com. Virg. & à Capit.
de Oclau. Apostol. &
pro commem. S. Elizabeth.

Antiph. Elizabetha,
pacis, & patriæ mater
in Cælo triumphans:
dona nobis pacem.

v. & Orat. ut in 1. Vesp.

Die viii. Iulij.

In Festo S. Margarita Reginæ Scotiæ.
Semidup. ad libitum.

Omnia de communis
Sanctorum nec Virginum
nec Martyrum, præterea, quæ hic ha-
bentur.

Oratio.

Deus qui beatam Margaritam Sco-
torum Reginam exi-
mia in pauperes chari-
tate mirabilem effeci-
sti: da, ut ejus inter-
cessione, & exemplo,
tua in cordibus no-
stris charitas jugiter
augeatur. Per Domi-
num nostrum, &c.

In primo Nocturno
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno.

Le-

Lectio IV.

MArgarita Scoto-
rum Regina paterno Angliae Regum, in materno Cæsarum sanguine clarissima, illustrior adhuc fuit Christiana virtute. Hæc in Hungaria nata, ubi Pater tunc temporis exulabat; post exactam summa cum pietate puerilem æatem, una cum genitore, qui à sancto Eduardo patruo Anglorum Rege, ad paterni Regni fastigium vocabatur, in Angliam venit: mox alternante parentum fortuna, ex Angliae littore solvens vi tempestatis expulsa, seu verius divinæ providentiaæ consilio deducta est in o-

ram maritimam Scotiæ. Ibi cùm ex matris imperio Macholmo Tertio Scotorum Regi egregijs ejus dotibus capto nupsisset, sanctimoniam ac Pietatis operibus triginta, quibus regnavit annis toti regno mirifice profuit.

R. Propter veritatem, &c.

Lectio V.

In ter regales delicias corpus afflictionibus, ac vigilijs macerans, magnam noctis partem pijs precationibus extrahebat. Præter alia jejunia, quæ identidem usurpabat, integros quadraginta dies, ante natalitia festa, tanta cum severitate jeju-

nare confuevit; ut ne in gravissimis quidem doloribus intermiterit. Divino cultui addictissima, templa plurima, & cœnobia partim ex integro excitatit; partim relarcivit, & lacra suppellectili, ac largo centu ditavit. Regem conjugem ad meliorem frugem, & ad similia suis exercitationibus opera saluberrimo exemplo traduxit; liberosque omnes tam sancte & feliciter educavit, ut eorum plerique quemadmodum & Agatha mater, & Christina toror sanctissimum vitæ genus amplexi sint. Vniverſi demum regni felicitati consulens à vitijs omnibus, qua-

furtim irrepterant, populos expurgavit, cunctaque mores Christiana pietate dignos restituit.

R. Dilexisti justitiam, &c.

Lectio VI.

Nihil tamen a quæ in illa mirabile fuit, ac flagrantissima charitas erga proximos, præsertim egenos quorum numerosis gregibus non modò stipem affatim suppeditare, verum etiam trecentis quotidiè materna benignitate dap̄es præbere, flexis genibus in morem ancillæ ministrare, regijs manibus pedes ablucere, & pressis etiam oculis ulceræ fovere solemne habuit. His

por-

porrò alijq; pijs sumptibus non regias tantum vestes, & pretiosa monilia distraxit, sed ipsum non semel exhausit ætrarium. Toleratis demum ad patientiæ miraculum acerbissimis doloribus animam semestri corporis ægrotatione purgatam Auctori suo quarto Idus Iunij reddidit. Quo temporis momento facies ejus diuturni morbi macie ac pallore foedata, insolita quadam venustate refloruit. Miris etiam post mortem prodigijs clara, & Clementis Decimi auctoritate in Scotiæ Patronam accepta, ubique terrarum religiosissime colitur. Cujus Festum

ab eodem Pontifice concessum Innocentius undecimus ad octavū Idus Iulij transferri jussit.

R. Fallax gratia, &c.

In tertio Noct.

Homilia S. Gregorij Papæ in Evangelium, Simile est regnum Cœlorum thelauro. ut in communi non Virgnum.

Missa de communi nec Virg. nec Martyr. cum Oratione propria, us supra.

Die xii. Julij.

In Feste S. Ioannis Gualberti Abbatis, dup.

Omnia de communi Abbatum præter Lædi- nes II. & III. Nocturni.

Ora-

Oratio.

Intercessio nos, quæsumus Domine Beati Joannis Gualberti Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valeamus, ejus patrocinio asserquamur. Per Dominum, &c.

in primis vespere & Laud. fit comm. SS. Naboris, & Felicis Mart.

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
ocurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectione IV.*

Joannes Gualbertus Florentiæ nobili genere ortus, dum Patri obsequens rem militarem sequitur. Ugo unicus ejus frater occiditur à consanguineo: quem cùm so-

lum, & in crimen sancto Parasceves die Joannes armis, ac militibus stipatus obyium haberet, ubi neuter alterum poterat declinare, ob sanctæ Crucis reverentiam, quam homicida supplex mortem jamjam subiturus brachijs signabat, vitam ei clementer indulget. Hoste in fratre recepto, proximum sancti Miniatis templum oraturus ingreditur; ubi adoratam Crucifixi imaginem, caput sibi stetere conspicit. Quo mirabili facto permotus Joannes, Deo exinde, etiam invito Patre, militare decernit, atque ibidem proprijs sibi manibus comans to-

totondit, ac Monasticium habitum induit, adeoque pijs, ac religiosis virtutibus brevi coruscavit, ut multis se perfectionis specimen, ac normam praebet; ita ut ejusdem loci Abbate defuncto, communi omnium voto in superiorem elegeretur. At Dei famulus cupiens subesse potius, quam praeesse ad majora divina voluntate servatus, ad Camaldulensis Eremi incolam Romualdum proficitur: à quo cælicum sui instituti vaticinium accipit: tum suum Ordinem sub Regula sancti Benedicti apud umbrosam vallem instituit.

Æ. Honestum fecit illum &c. fol. 32.

Lectio V.

DEINDE plurimis ad eum ob ejus sanctitatis famam, undique convolantibus una cum ijs in socios adscitis, ad hereticam & Simoniacam pravitatem extirpandam, & Apostolicam fidem propagandam sedulò incumbit, innumera propterea in se, & suis incommoda expertus Nam ut eum, ejusque socios adversarij perdant, noctu sancti Salvij coenobium recente aggrediuntur, templum incendunt, ædes demoliuntur, & Monachos omnes lethali vulnere sauciant quos Vir Dei unico

Cru-

Crucis signo incolumes protinus reddit; & Petro ejus Monacho per immensum, ardentissimumque ignem illæso mirabiliter transeunte, optatam sibi, & suis tranquillitatem obtinet: inde Simoniacam labem ab Hetruria expulit, ac in tota Italia fidem pristinæ integritati restituit.

R. Amavit eum Do-
minus, &c. fol. 23.

Lectio VI.

Merexit Monasteria, eademque, & alia ædificijs, ac Regulari Observantia instaurata, sanctis legibus communivit. Ad egenos alendos sacram supellectilem vendidit. Ad

improbos coercendos, clementia sibi famulari conspexit. Ad demones comprimendos, Crucem, quasiensem adhibuit. Demum abstinentijs, vigilijs, jejuinijs, orationibus, carnis macerationibus, ascenio confessus, dum infirma valetudine gravaretur, Davidica illa verba, per sapere repetebat: Sicut tivit anima mea ad Deum fontem vivum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Jamque morti proximus, convocatos discipulos ad fraternalm concordiam cohortatur, & in breviculo, cui contepeli voluit, jussit haec scribi: Ego Ioannes,

credo, & confiteor fidem, quam Sancti Apostoli prædicaverunt, & Sancti Patres in quatuor Concilijs confirmaverunt. Tandem triduano Angelorum obsequio dignatus, septuagesimum octavum annum agens, apud Passinianum, ubi summa veneratione colitur, migravit ad Dominum anno Iulii millesimo septuagesimo tertio, quarto Idus Julij: Quem Cælestinus tertius innumeris miraculis claram, in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste homo &c.
fol. 24.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

Lectio VI.

IN illo tempore, dixit Jesus Discipulis suis: Auditis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

*Lib. I. Comment. in c. 5.
Matt.*

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos. Multi præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia, quæ præcepta sunt, & dicunt, sufficere virtutibus, non odiisse inimicos: cæterum diligere, plus præcipi, quam humana natura pa-

patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta. Quæ fecit David in Saul, & in Absalon : Stephanus quoque Martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis : hæc autem Iesus & docuit, & fecit, dicens : Pater ignolce illis : quod enim faciunt, ne faciunt.

R. Iste est. &c.

Lectio VIII.

IN reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualecumque excusationem prætendere : ad habendam vero dilectionem nullus se po-

terit excutare. Potest mihi quis dicere, non possum jejunare, numquid potest dicere ; non possum amare ? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum servare ; non possum res totas vendere, & pauperibus erogare : nunquid potest dicere, non possum diligere inimicos ?

R. Sint lumbi, &c.

Lectio IX.

NON enim ibi, aut pedes laborant currendo, aures audiendo, aut manus operando laxantur, ut nos per ipsam excusationem liberare conemur. Non nobis dicitur: Ite ad Orientem, & quærite charitatem, nayigate ad

Occidentem, & inventis dilectionem.
Intus in nostro cordc
est, ubi redire iube-
mūr, dicente Prophe-
tā: Redite prevarica-
tores ad cor. Non e-
nīm in longinquis re-
gionibus invenitūr,
quod à nobis petitūr.
Te Deum laudamus.

*In Laudibus fit com-
mem. Sanctorum Nabo-
ris, & Felicis Marty-
rum.*

*Missa. Os justi, &c.
de communi Abbatnm.*

*Evangelium sumi-
tur ex Feria sexta post
diem Cinerum, usque
ad illa verba: Atten-
dite, ne justitiam ve-
stram, &c. exclusivē.*

Die xv. Iuli.
In Festa S. Henrici

*Imperatoris, & Conf.
duplex per Germa-
niam.*

*Omnia de communi
Confessoris non Pontif.
præter Orationem, &
Lectiones secundi No-
cturni,*

Oratio.

*D*eus, qui hodier-
na die B. Henrici
cum Confessorem tu-
um, è terreni culmi-
ne imperij ad Regnum
eternum transtulisti,
te supplices exoramus
ut sicut illum, gratia
tuæ ubertate præven-
tum, illecebras læcu-
li superare fecisti; ita
nos facias, ejusimita-
tione, mundi hujus
blandimentavitare, &
ad te puris mentibus
per-

pervenire. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

Henricus, cognomento pius, è Duce Bavariæ Rex Germaniæ, ac postmodum Romanorum Imperator, temporalis Regni non contentus angustijs, pro adipiscenda immortalitatis corona, sedulam æterno Regi exhibuit servitutem; Adepto enim imperio, religioni amplificandæ studiosè incumbens, Ecclesias ab infidelibus destructas, magnificenter reparavit, plurimique Largitioni-

bus, & prædijs locupletavit. Monasteria, aliaque loca pia, vel ipse ædificavit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem hæreditarijs opibus fundatum, Beato Petro, Romanoque Pontifici vestigalem fecit. Benedictum Octayum à quo Imperij coronam accepit, profugum excepit, suæque sedi restituit.

&c. fol. 22.

Lectio V.

In Cassinensi Monasterio gravi detentus infirmitate, à S. Benedicto insigni miraculo sanatus est. Romanam Ecclesiam amplissimo diplomate

muneratus, eidem
tuendæ, bellum ad-
versus Græcos fulce-
pit, & Apuliam diu ab
illis possessam recupe-
ravit. Nihil sine pre-
cibus aggredi solitus,
Angelum Domini,
Sanctosque Martyres
tutelares, pro se pu-
gnantes ante aciem,
interdum vidit. Divi-
na autem protectus
ope, barbaras natio-
nes precibus magis,
quam armis expu-
gnavit. Pannoniam
adhuc infidelem, tra-
dita Stephano Regi
sorore sua in uxorem,
eoque baptizato, ad
Christi fidem perdu-
xit. Virginitatem ra-
ro exemplo matrimo-
nio junxit, Sanctam
que Cunegundam

conjugem suam pro-
pinquis ejus, mortu-
proximus illibatam re-
stituit.

R. Amavit cum,
&c. fol. 23.

Lectio VI.

DEnique rebus o-
mnibus, quæ ad
Imperiū honorem, &
utilitatem pertine-
bant, summā pruden-
tiā dispositis, & illu-
stribus per Galliam, I-
taliam, & Germaniam
religiōsae munificen-
tiæ vestigijs passim re-
lictis, postquam heroi-
cæ virtutis suavissi-
num odorem longè,
lateque diffuderat,
sanctitate, quam sec-
pto clarior, ad Regni
cælestis præmia, con-
summatis vitæ labori-
bus, à Domino vo-
ca-

catus est anno Iulutis millesimo vigesimo quarto, cuius corpus in Ecclesia Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Bambergæ conditum fuit, statimque ad ejus tumulum multa miracula Deo ipsū glorificante patrata sunt, quibus postea ritè probatis, Eugenius Tertius Sanctorum numero illum adiçripsit.

R. Iste homo, &c.
fol. 24.

In tertio Nocturno.

Evang. Sint Iumbi vestri præcincti, &c.

Homil. S. Gregorij Papæ de comm. Conf. non Pont.

Missa. Os justi, de eodem comm. Oratio ut supra.

Die xvi. Iulij.

OFFICIUM

Commemorationis solemnis B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. dup. majus, vel secundæ class. juxta varias locorum Concessiones.

Iuxta Decretum Santissimi D. N. Clementis Papæ X. ab omnibus utriusque sexus Fidelibus, tam Sæcularibus, quam Regularibus Provinciarum bæreditariorum Augustissimi Imperatoris LEOPOLDI I. qui ad Horas Canonicas penentur recitandum die 16. Iulii, aut alia infra Octavam.

Ad Vesperas.
Antiph. Gloria Liba-

bani. *cum reliquis de Laudibus.*

Psalm. Dixit Dominus. *cum reliquis, ut in Officio B. Virginis.*

Capitalum.

Eccli. 24.

Ego quasi vitis frumenti
etificavi suavitatem odoris, & flores
mei, fructus honoris &
honestatis. Ego Mater
pulchræ dilectionis, &
timoris, & agnitionis,
& sanctæ spei.

Hym. Ave maris
stella.

v. Specie tua, &
pulchritudine tua.

R. Intende, pro-
sperè procede, & re-
gna.

Ad Magnificat.

Antiph. Ave Regi-
na cœlorum, ave Do-
mina Angelorum. Sal-

ve radix, talve porta,
ex qua mundo lux est
orta. Gaude Virgo
Gloriosa, super omnes
speciosa. Vale, o valde
decora, & pro nobis
Christum exora.

Oratio.

Deus, qui Beatissi-
mæ temper Virginis & Genitricis tuæ
Mariæ, singulari titulo
Carmeli Ordinem de-
corasti: concede pro-
pitius, ut cuius ho-
die Comimmemoratio-
nem solemni celebra-
mus officio, ejus mu-
niti præsidijs, ad gau-
dia sempiterna perve-
nire mereamur. Qui
vivis & regnas, &c.

Ad Matutinum

Invitatorium.

In honorem Beatissimæ Virginis Ma-
riæ,

riæ, * Jubilemus Do-
mino. *Psalm.* Venite
exultemus. *Hymnus.*
Quem terra.

Antiphonæ, & Psalmi
Nocturnorum, ut in Of-
ficio Beatae Mariæ.

In primo Nocturno.

V. Specie tua, * &
pulchritudine tua.

R. Intende, prospe-
rè procede, & regna.

Lectiones de Parabolis
Salomonis.

Cap. 8.

Ego sapientia. *ut*
die 5. Augusti in Festo
B.V.M. ad Nives. cum
RR.

In secundo Nocturno

V. Adjuvabit eam*
Deus vultu suo.

R. Deus in medio
eius * Non commo-
vebitur.

Lectione IV.

CVm sacra Pente-
costes dic, Aposto-
li cœlitùs afflati varijs
linguis loquerentur
& invocato Augustissimo IESV Nominé,
mira multa patrarent,
viri plurimi, qui vesti-
gijs sanctorum Pro-
phetarum Elix, ac Eli-
sei institerant, & Ioan-
nis Baptistæ præconio
ad Christi adventum
comparati fuerant, re-
rum veritate peripec-
ta, atque probata, E-
vangelicam fidem cō-
festim amplexati sunt,
ac peculiari quodam
affectu Beatissimam
Virginem (cujus col-
loquio, & familiarita-
te feliciter frui potue-
re) adeò venerari cœ-
perunt, ut primi om-
niū in eo montisCar-

meli loco, ubi Elias olim ascendentem nubeculam Virginis typō insignem conspexerat, eidem purissimae Virgini facellum construxerint.

R. Sicut Cedrus exaltata sum in Libano, & sicut Cyprius in monte Sion: quasi myrrha electa, * Dedi suavitatem odoris.

V. Et sicut cinnamonum, & balsamum aromatizans. Dedi.

Lectione V.

A D novum ergo facellum sapè quotidie convenientes, ritibus pijs, precatiōnibus, ac laudibus Beatissimam Virginem velut singularem

ordinis tutelam colabant. Quamobrem, Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo passim ab omnibus appellari cœperunt: eumque titulum summi Pontifices non modo confirmarunt, sed & indulgentias pecuniales ijs, qui eo titulo vel Ordinem, vel Fratres singulos nuncuparent, concessere. Nec verò nomen claturam tantum munificentissima Virgo tribuit, & tutelam, verum & insigne sacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœlesti hac veste Ordo dignotetur, & à malis ingruentibus protegetur. Ac dēmum, cum

cum olim in Europa
Ordo esset ignotus, &
ob id apud Honorium
Tertium non pauci
pro illius extinctione
instarent, adstitit Ho-
norio noctu purissima
Virgo Maria, planèque
jussit, ut institutum, &
homines benignè
complecteretur.

R. Quæ est ista, quæ
processit sicut Sol, &
formosa tanquam le-
rulalem: * Viderunt
eam filiæ Sion, & bea-
tam dixerunt, & Regi-
næ laudaverunt eam.

V. Et sicut dies ver-
ni circumdabant eam
flores roscarum, & lilia
convallium. Viderunt.

Lectio VI.

Non in hoc tantum
saeculo Ordinem
sibi tam acceptum

multis prærogativis
Beatissima Virgo in-
signivit, verum & in a-
lio (cum ubique &
potentia, & misericor-
dia plurimum valeat)
filios in Scapularis So-
ciatem relatos, qui
abstinentiam modi-
cam, precesque pau-
cas eis præscriptas fre-
quentarunt, ac pro sui
status ratione castita-
tem coluerunt, mater-
no planè affectu, dum
igne purgatorio ex-
piantur, solari, ac in
cœlestem patriam ob-
tentu suo quantocvus
piè creditur efferre.
Tot ergo tantisque Be-
neficijs Ordo cumula-
tus, solemnem Beatissi-
mæ Virginis Com-
memorationem ritu
perpetuo ad ejusdem

Vir-

124 Virginis Gloriam quotannis celebrandam instituit.

R. Ornatam monilibus filiam Jerusalēm Dominus concupivit: * & videntes eam filiā Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Vnguentum cefulum nomen tuum.

V. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et videntes. Gloria Patri. Vnguentum.

In tertio Noct.

V. Elegit eam Deus * & præelegit eam.

R. In tabernaculo suo * habitare facit eam.

Lectio S. Evangelij secundum Ioannem.

Cap. 19.

Lectio VII.

N illo tempore ; stabant juxta Crucem Iesu Mater ejus, & soror Matris ejus Maria Cleophae , & Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Episcopi.

Ex Epist. 25. ad Vercell. Eccl. in fine.

Maria Domini Mater ante Crucem Filij stabat: nullus me hoc docuit, nisi Sanctus Ioannes Evangelista. Mundum alij concussum in Passione Domini conscripserunt, cœlum tenebris obductum, refugisse solem, in Paradisum latronem, sed post piam confessionem receptum. Ioannes do-

docuit, quod alii non docuerunt, quemadmodum in Cruce positus Matrem appellaverit, pluris putans, quod victor suppliciorum, pietatis officia Matri exhibebat, quam quod Regnum coeleste donabat. Nam si religiosum est, quod latroni donatur veniam, multò uberioris pietatis est, quod à Filio Mater tanto affectu honoratur. Ecce, inquit, Filius tuus: Ecce Mater tua.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiae, Christus Deus noster.

V. Ora pro populo, interveni pro Clero,

intercede pro devoto fœmineo sexu: sentiant omnes tuum iuramen, quicunque celebrant tuam sanctam Festivitatem. Quia ex te.

Lectione VIII.

Testabatur de Crucifix Christus, & inter Matrem, atque discipulum dividebat pietatis officia. Condebat Dominus non solum publicum, sed etiam domesticum testamentum. Et hoc eas jūs testamentum signabat Joannes, dignus tanto testatore testis. Bonum testamentum, non pecuniae, sed vitæ æternæ; quod non attramento scriptum est, sed Spiritu Dei vivi, qui ait:

ait : Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis . Sed nec Maria minor , quām Matrem Christi decebat , fugientibus Apostolis ante Crucem stabat , & pījs spectabat oculis Filij vulnera , quia expectabat non pignoris mortem , sed mundi salutem : aut fortasse , quia cognoverat per Filij mortem mundi redemptionem aula regalis , etiam sua morte putabat se aliquid publico additum muneri .

R. Beatam me dicent omnes generationes : * Quia fecit mihi Dominus magna qui potens est , & sanctum nomen ejus .

V. Et misericordia

ejus à progenie in progenies timentibus eum . Quia fecit Gloria Patri . Quia fecit .

Lectio IX.

Sed Iesus non egreditur adjutore ad redēptionem omnium , qui omnes sine adjutore servavit . Unde & dicit : Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos liber . Suscepit quidem affectum parentis , sed non quæsivit alterius auxilium . Hanc imitāmini matres sanctæ , quæ in unico Filio dilectissimo tantum maternæ virtutis exemplum edidit . Nemque enim vos dulciores liberos habetis , nemque illud Virgo quæ rebat solatium , quod alium

alium posset generare
Filiū. Te Deum.

Ad Laudes & per Horas.

Gloria Libanida.
Gloria est ei, decor
Carmeli, & Saron,
Alleluia.

*Psalm. Dominus re-
gnavit. cum reliquis de-
Dominica.*

Antiph. Pulchra es, &
decora filia Ierusalem,
terribilis ut castrorum
acies ordinata, Alle-
luia.

Antiph. In odorem
unguentorum tuo-
rum currimus, adole-
scensculæ dilexerunt
te nimis, Alleluia.

Antiph. Benedicta
filia tua a Domino, quia
per te fructum vitæ
communicavimus,
Alleluia.

Antiph. Speciosa fa-

ctores, & suavis in de-
cisijs tuis, sancta Dei
Genitrix, Alleluia.

Capitulum.

Ecccl. 24.

Ego quasi vitis fru-
tificavi suavita-
tem odoris, & flores
mei, fructus honoris
& honestatis. Ego Ma-
ter pulchræ dilectionis,
& timoris, & a-
gnitionis, & sanctæ
spiri.

Hymnus. O glorio-
sa Virginum. &c.

V. Diffusa est gratia
in labijs tuis. |

R. Propterea bene-
dixit te Deus in æter-
num.

Ad Benedictam

Beata Dei Genitrix
Maria, Virgo perpet-
ua, templum Domini,
sacrarium Spiritus

San-

Sancti, sola sine exemplo placuisti Domino nostro Iesu Christo. Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fœmineo sexu, Allel.

Oratio

Deus, qui Beatissimam Mariæ semper Virginis, & Genitricis tuæ singulari titulo Carmeli Ordinem decorasti: concede propitiū; ut cuius hodie commemorationem solemni celebramus officio, ejus muniti præsidijs, ad gaudia sempiterna pervenire mereamur. Qui vivis & regnas.

Ad Tertiam

Antiph. Pulchra es.

Capitulum.

Ego quasi vitis.
sup.

R. Breve Specie tua
* Et pulchritudine tua. Gloria Patri. Specie tua. **V.** Adjuvabit, &c. **R.** Deus, &c.

Ad Sextam.

Antiph. In odorem.

Capitulum.

Ecli. 24.

Spiritus meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & favum. Memoria mea in generationes sæculorum.

R. Breve Adjuvabit eam, * Deus vultu suo Adjuvabit.

V. Deus in medio ejus, non commovebitur. Deus. Gloria Patri. Adjuvabit.

V. Elegit eam Deus,

us, & præclegit eam.
¶ In tabernaculo suo
habitare facit eam.

Ad Nonam.

Antiph. Speciola
facta es.

Capitalum.

Ecclesiast. 24.

Qui audit me, non
confundetur, &
qui operantur in me
non peccabunt. Qui
elucidant me, vitam
æternam habebunt.

¶ Breve. Elegit eā
Deus,* Et præclegit eā
Elegit. **¶** In taber-
naculo suo habitare
facit eam. Et præcle-
git. Gloria Patri. Ele-
git.

¶ Diffusa est gratia
in labijs tuis.

¶ Propterea bene-
dixit te Deus in æter-
num.

In secundis Vesperis,
Antiphonæ. Psalmi, Ca-
pitulum, & Hymnus, ut
in 1. Vesperis.

¶ **v.** Dignare me lau-
dare tc, Virgo sacrata.

¶ **D**a mihi virtu-
tem, contra hostes
tuos.

Ad Magnificat. **D**

Antiph. Alma Re-
demptoris Mater, qua
pervia cœli porta ma-
nes & stella maris, suc-
curre cadenti, surge-
re qui curat, populo ;
tu quæ genuisti, natu-
ra mirante, tuum san-
ctum Genitorem,
Virgo prius, ac poste-
rius. Gabriclis ab ore
lumens illud Ave, pec-
atorum miserere.

Oratio. Deus, qui
Beatissimæ, ut supra.

Missa. Gaudea-
mus

mus omnes in Domi-
no, &c.

Die xvii. Julij.

In Festo S. Alexij Conf.
semid. ad lib.

Omnia de Com. Conf.
non Pont.

Oratio.

Deus, qui nos, &c.

Lect. I. Noct. de script.
accurr.

In secundo nocturno

Lect. IV. Alexius Ro-
manorum ut in Bre-
vuario.

Lect. V. & VI. Deri-
detur Iusti simplicitas,
ut in Com. Conf. non
Pont. 2. loco.

In tertio nocturno
Hom. in Evang. Ecce

nos reliquimus o-
nia. ut in Com. Abb.
Missa: Os Iusti.

Die xxiii. Julij.

In Festo S. Apollina-
ris Ep. & M. ex se-
mid. antiquo nunc
dup. à Clemente X.

Die xxxi. Julij.

In Festo S. Ignatij Conf.
duplex.

Omnia sicut in Bre-
viario præter Lect. 3.
Noct. quæ summuntur
de com. Evangelist. Hom.
S. Gregorij Papæ in E-
vang. Designavit Do-
minus & alios. Missa
propria. In nomine
Iesu.

FESTA AUGUSTI.

Die vii. Augusti.

*In Festo S. Cajetani Conf. Clericorum Regul.**Fundat. duplex de præcepto.*

*In secundū Vesp.
Transfigurationis, pro
commem. S. Cajet.*

*Antiph. Quæritur
primum Regnum Dei,
& justitiam filii, &
hæc omnia adiungentur
vobis.*

*v. Amavit eum
Dominus, & ornavit
eum,*

*r. Stolam gloria
induit eum.*

Oratio.

Deus, qui Beato
Cajetano Confessori tuo Apostoli-
cam vivendi formam
imitari tribuisti: da no-
bis ejus intercessione,

& exemplo in te tem-
per considerare, & lo-
la coelestia desiderare.
Per Dominum no-
strum, &c.

*Deinde fit Commemor.
S. Donati Episc.*

Mart.

*Antiph Iste Sanctus,
v. Gloria & hono-
rc.*

*Oratio. Deus tuor-
um Gloria Sacerdo-
tum. ut in Breviario.*

*In primo Nocturno.
Lectio de Scriptu-
ra occurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

CAjetanus Nobili
Thiēæa gente Vin-
centiæ ortus, statim à
matre Deiparae Virgi-
ni oblatus est. Mira à
teneris annis morum
innocentia in eo elu-
xit, adeò ut Sanctus
ab omnibus nuncupa-
retur. Juris utriusque
Lauream Patavij ade-
ptus, Romam profe-
ctus est: ubi inter Præ-
latos à Julio Secundo
collocatus, & Sacer-
dotio iniciatus, tanto
divini amoris æstu suc-
census est, ut relicta
Aula te totum Deo
mācipaverit. Nostoco-
mijs proprio ære fun-
datis, etiam morbo
pestilenti laboranti-
bus, suis ipse manibus
inseriebat. Proxi-

morum saluti atfidua
cura incumbebat, di-
ctus propterea Ven-
tor animarum.

R. Honestum fe-
cit. &c. f. 22.

Lectio V.

Collapsam Ecclesia-
sticorum discipli-
nam ad formam A-
postolicæ vitæ instau-
rare desiderans, Ordí-
nem Clericorum Re-
gularium instituit, qui
abdicata rerum om-
nium terrenarum lo-
licitudine, nec reddi-
tus possiderent, nec
vitæ subsidia à fideli-
bus peterent, sed solis
eleemosynis sponte
oblatis viverent. Ita-
que approbante Cle-
mente Septimo ad A-
ram maximam Basili-

ca Vaticanae unà cum
Joanne Petro Carafa
Episcopo Theatino ,
qui postea Paulus Quar-
tus Pontifex Maximus
fuit, & alijs duobus c-
ximia pietatis viris ,
vota solemnia emisit.
In Vrbis direptione à
militibus crudelissimè
vexatus, ut pecuniam
proderet , quam dum
in cœlestes the-
sauros manus paupe-
rum deportaverant ,
verbera, tormenta, &
carceres invicta pa-
tientia sustinuit. In
suscepto vitæ institu-
to constantissimè per-
severavit , soli Divinæ
Providentiae inhærcēs ,
quam sibi nunquam
defuisse, aliquando mi-
racula comprobarunt.

R. Amavit eum, &c.
fol. 23.

Lectio VI.

Divini cultus stu-
dium , nitorē
domus Dei, sacrorum
rituum obſervantiam,
& ſanctissimæ Eucha-
ristiæ frequentiorem
uſum maximè pro-
movit. Hæc ſum
monstra , & latebras
non ſemel detexit, &
profligavit. Orationē
ad octo paſſim horas
iugibus lachrymis pro-
trahebat; læpe in ex-
taſim raptus , ac pre-
phetiæ dono illuſtris ,
Romæ nocte natalitia
ad præſepe Domini in-
fantem Iesum accipe-
re meruit à Deipara in-
ulnas suas. Corpus in-
tegras noctes inter-
dum verberationibus
affligebat ; nec un-
quam adduci potuit ,

ut vita asperitatem cœmiseret, testatus, in cibete & cilicio velle se mori. Denique ex animi dolore concepto morbo, quod offendit plebis teditio[n]e Deum videret, cœlesti visione recreatus, Neapolis migravit in cœlum: ibique corpus eius in Ecclesia S. Pauli magna Religione contigit. Quem multis miraculis in vita, & post mortem gloriosum, Clemens decimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adcepit.

R. Iste homo; &c.

fol. 24.

In tertio Nocturno.

Lectione S. Evangelij, secundum Matth.

Cap. 6.

Lectio VII.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus Dominis servire. Et reliqua. Horil. S. Augustini Ep. Lib. de Serm. Domini in Monte c. 14.

Nemo potest duabus Dominis servire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod consequenter exponit, dicens: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut alterum patietur, & alterum contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nam, qui sint duo Domini, deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo servire, &

mammonæ. Mammona apud Hebræos Divitiae appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen : nam lucrum punice mammon dicitur. Sed qui servit mammonæ, illi utique servit, qui rebus istis terrenis merito suæ persistitatis præpositus, magistratus huius sæculi à Domino dicitur. Aut enim unum odio habebit homo, & alterum diligit, id est Deum : aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum & perniciosum Dominum, quisquis servit mammonæ : sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo, & non eum diligit. Quis

enim est, qui diligit diabolum? sed tamen patitur.

R. Iste est, &c.

Lectio VIII.

I Deo, inquit, dico vobis, non habete solicitudinem animæ vestræ quid edatis : neque corpori vestro quid induamini : ne forte, quamvis iam superflua non querantur, propter ipsa necessaria cor duplicitur, & ad ipsa conquirenda, nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur ; id est, ut, cum consulere alicui videri volumus ; nostrum cinctumentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus : & ideo nobis non eum videamur pecca-

R. quia non superflua , sed necessaria sunt, quæ conseqüi voluntus.

R. Sint lumbi, &c.
Lectio nona de S. Donato, ut in Breviario.

In Laud. ad Bened.

Antiph. Nolite sollicitos esse, dicentes: Quid manducabimus , aut quid bibemus ? Scit enim Pater vester, quid vobis necesse sit.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.

R. Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus qui Beato. ut supra.

Et fit commemor. S. Donati Episc & Mart.

Antiph. Qui odit animam suam.

V. Iustus ut palma.

R. sicut cedrus , &c.

Oratio. Deus tuorum gloria.

Missa. Os justi. Evangel. Nemo potest &c. ex Dom. XIV. post Pent.

In 2 vesp. ad Magnif. *Antiph.* Quarite primum. ut sup. & fit Com. SS. Cyriaci, Largi, & Smaragdi MM.

Die xii. Augusti.
In Festo S. Claræ Virg. duplex.

Omnia de Communi Virginum præter ea quæ sequuntur.

Oratio.
Exaudi nos Deus, &c.
Et fit commemor. Oct. S. Laurentij.

In primo Nocturno.

Le-

*Lectiones de Scriptura
occurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

Claris nobilis Virgo,
&c. ut babetur in
Breviario.

Lectio V. & VI.

Nunc nobis ad Vir-
gines, &c. de Commu-
ni Virginum 2. loco.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang.
Simile est regnum cœ-
lorum decem Virginib-
us, de communi Virg.
1. loco.

*Et fit commemmor. O-
lavæ S. Laurentij.*

*Missa. Vultum tu-
um, &c.*

*Evangel. Simile, &c.
decem Virginibus*

*In Vesp. fit comm. Orl.
S. Laurentij, & SS. Hi-
polythi, & Cassiani MM.*

Die xxx. Augusti.

*In Feste S. Rosæ Li-
manæ Virginis, dupl.,
ad libitum.*

*Pro omnibus Catholico-
Hispaniarum Regi, Au-
gustissimo Romanorum
Imperatori, Domuique
Austriacæ subiectis.*

*Omnia de communi
Virginum, præter Ora-
tionem, & Lectiones se-
cundi Nocturni.*

Oratio

Bonorum omniū
largitor, omnipot-
tens Deus. qui beatam
Rosam, cœlestis gra-
tiae rorè preventam,
virginitatis & patien-
tiæ decorè Indis flo-
relicere voluisti: da no-
bis famulis tuis; ut in
odorem suavitatis e-
jus currentes, Christi

I S bo-

bonus odor effici me-
reamur. Per eundem
Dominum, &c.

*Et fit Commemoratio
Sanctorum Felicis, & Ad-
audi Martyrum.*

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

Primus Americæ
Meridionalis flos
sanctitatis Virgo Rosa
Christianis parentibus
Limæ progenita, mox
ab incunabulis claruit
futuræ sanctimoniarum
indicijs ; nam vultus
infantis mirabiliter in
rotæ effigienti transfiguratus, huic nominis
occasionem dedit :
cui postea Virgo Dei-
para cognomen adie-
cit, juberis vocari dein

cœps Rotam à sancta
Maria. Quinquennis
votum perpetuæ vir-
ginitatis emisit. Adul-
tior, ne à parentibus
ad nuptias cogeretur,
clam sibi met venu-
stissimam capitis cæla-
riem præcidit. Jeju-
nijs supra humanum
modum addicta, inter-
gras Quadragesimas
transegit pane absti-
nens, ac diætim Solis
quinque granulis ma-
citrini visitans.

*R. Propter verita-
tem, &c.*

Lectio V.

Habitu Tertiij Or-
dinis Sancti Do-
minici assumpto, pri-
tinæ vitæ austeriorates
duplicavit : oblongo
alpetrimoque cilicio
iparsim minusculas
acus

acus innexuit: ibi vē-
lo coronam densis a-
culeis introrsus obar-
matam interdiu nō
duque gestavit. Sān-
cta Catharinæ ardua
premens vestigia, ca-
tena ferrea, triplici ne-
xu circumducta, lum-
bos clinxit. Lectulum
sibi ē truncis nodosis
composuit, horum-
que vacuas commissu-
ras fragminibus testa-
rum implevit. Cellu-
lām sibi angustissi-
mam struxit in extre-
mo horti angulo, ubi
cœlestium contem-
plationi dedita, cre-
bris disciplinis, inediâ,
vigilijs corpusculum
extenuans, at spiritu
vegetata, larvas dœ-
monum, frequenti
certamine victrix, im-

pavidè protrivit, ac su-
peravit.

R. Dilexisti justitiam.
&c.

Lectio VI.

Agritudinum tot-
mentis, domesti-
corum insultibus, lit-
guarum morsibus di-
ré agitata, nondum fati-
tis pro merito se affli-
gi querebatur. Per
quindecim annos ad
plusculas horas deso-
latione spiritus, & ari-
ditate miserimè con-
tabescens, forti ani-
mo tulit agones omni
morte amatores.
Exinde cœpit supernis
abundare delicijs, illu-
strari visionibus, col-
liquecere Seraphicis
ardoribus. Angelo tu-
telari, sanctæ Cathari-
nae Senensi, Virgini

Dei-

Deiparae inter assiduas apparitiones mirè familiariis, à Christo has voces audire meruit ; Rosa cordis mei , tu mibi Iponia esto. Denique Sponsi hujus Paradiso feliciter inventam , plurimisque ante & post obitum miraculis coruscam , Clemens Decimus Pontifex Maximus Sanctorum Virginum catalogo ritu solemnii adscripsit.

M. Afferentur Regi , &c.

In tertio Noct.

Homilia S. Gregorij Papæ in Evangelium. Simile erit regnum Cœlorum decem Virginibus , de communi Virginum cum nonna Eline , & commemorat.

in Laud. SS. Felicis & Adaucti Martyrum , ut in Breviar.

Missæ, Dilexisti, &c.
In 2. Vesp. à cap. de seq.
com. præced.

Die xxxi. Augusti.
In Festa S. Raymundi Nonnati Conf. dupl.

Omnia de communi Confessoris non Pontif. præter ea, quæ hic habentur.

Oratio.

Deus, qui in libe-
randis fidelibus
tuis ab impiorum ca-
ptivitate Beatum Ray-
mundum Nonnatum
Confessorem tuum
mirabilem effecisti :
eius nobis intercessio-
ne concede, ut à pec-
catorum vinculis ab-
soluti , quæ tibi sunt
pla-

placita, liberis menti-
bus exequamur. Per
Dominum, &c.

In primo Nocturno

Beatus vir, qui in-
ventus est sine
macula, &c. ut in com-
muni Confess. non Pont.

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Raymundus Non-
natus cognomen-
to dictus, quia præter
communem naturæ
legem è mortua ma-
tris dissesto latere in
lucem eductus fuit,
Portelli in Catalonia
pijs, & nobilibus pa-
rentibus ortus, ab ipsa
infantia futuræ sancti-
tatis indicia dedit.
Nam puerilia oblecta-
menta, mundique ille-
cebras respuens, ita
pictati operam dabat,

ut omnes in puerò ad-
ultam virtutem admi-
rarentur. Crescente
verò ætate litterarum
studijs incubuit: sed
mox jubente Patre vi-
tam ruri agens facel-
lum. S. Nicolai in
Portelli simibus situm
crebro adibat, ut fa-
cram Deiparae imagi-
nem, quæ in eo sum-
ma fidelium venera-
tione etiam nunc co-
litur, visitaret. Ibi effo-
lius in preces ipsam Dei
parentem, ut se in fi-
lii adoptare, viam
que salutis, ac scienciam
Sanctorum edo-
cere dignaretur, enixè
deprecabatur.

&c. Honestum fecit,
&c. f. 22.

Lectio V.

Nec

Nec defuit votis e-
jus benignissima
Virgo; ab ipso enim
intellexit gratissimum
sibi fore, si Religionem
sub titulo de Mercede
seu de misericordia
Redemptionis Capti-
vorum (ea luggeren-
te) nuper fundatam
ingrederetur: Qua mo-
nitione percepta Bar-
cinonam statim pro-
fectus illud tam pra-
cellens erga proxim-
um charitatis institu-
tum amplexus est.
Regulari igitur mili-
tiæ adscriptus virginitatem,
B. Virgini conecra-
verat, perpetuò coluit
ceterisque virtutibus
enituit, charitate præ-
sertim erga Christianos,
qui sub potesta-

te Pagauorum mis-
eriam in captivitate vi-
tam decebant. Hos
ut redimeret, in Afri-
cam missus, cum jam
multos à servitute li-
berasset, ne, consum-
pta pecunia, alijs item
in proximo abnegan-
dæ fidei discrimine
constitutis decesset, se
ipsum pignori dedit:
sed cum ardentissimo
salutis animarum desi-
derio succensus, plu-
res Mahometanos suis
concionibus ad Chri-
stum converteret, in
arctam custodiam à
Barbaris conjectus, va-
riisque supplicijs cru-
ciatus, mox labijs per-
foratis, & sera ferrea
clausis crudele marty-
rium diu sustinuit.

B. Amavit cum, &c.
f.23. L.

Lection VI.

OB hæc, & alia fortiter gesta, sanctitatis ejus fama longè, latèque diffusa est, qua permotus Gregorius Nonus in amplissimum sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalem Collegium Raymundum adscripsit: Sed Vir Dei in ea dignitate ab omni pompa abhorrens Religiosæ humilitatis tenacissimus semper fuit. Romam verò pergens statim ac Cardonam pervenit, extremo morbo confectus, Ecclesiasticis Sacramentis muniri summis precibus postulavit. Cum que morbus ingravesceret, & Sacerdos diutius tardaret, Angelorum ministerio

sub specie religiosorum sui Ordinis apparentium salutari viatico refectus fuit: Quo sumpto, & gratijs Deo peractis, migravit ad Dominum, Dominica ultima Augusti, anno millesimo ducentesimo quadragesimo. Mortui corpus, cum circa locum sepulturæ contentio orta esset, arcæ inclusum, & Mulæ cæcæ impositum ad sacerdium S. Nicolai Dei nutu delatum fuit, ut ibi tumularetur, ubi prima jecerat sanctioris vitæ fundamenta. Illic constructo sui Ordinis Cœnobio confluentibus voti causa ex univerla Cantonia fidelibus po-

pulis honoratur, varijs miraculis, & signis glorioius.

R. Iste homo, &c. f. 24.

In tertio Nocturno.

Legitur homilia in Evangel. Sint lumbi ve-

stri. ut in communii confessoris non Pontificis.

Missa. Os iusti. Oratione. Deus qui. ut supra. Evang. Sint lumbi vestri.

FESTA SEPTEMBRIS.

Dominica I. Septembris.

In Feste SS. Angelorum Custodum, duplex secundae Classis, cum Octava.

Pro omnibus Provincijs, ac Ditionibus tam hereditarijs, quam alijs Augustissimo Romano rum Imperatori subiectis. Officium in Feste fit, ut babetur in Bre viario inter Festa ad libitum cum 9. Lectione Dominicæ, cuius fit Commem. in Laud. & 2. vesp.

Feria Secunda.

Infra Octau. SS. Angel. Custodi. Officium de Octava dicitur, ut in Feste.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Nimirum ex Dominica prima Septembris; quia beri non sunt lectæ.

In secundo Nocturno.

Ser.

Decimo S. August. Ep.

Lib. 11. de civit. cap. 31.

Lectio IV.

Sancti Angeli, ad
quorum societa-
tem, & congregatio-
nem in hac peregrina-
tione laboriosissima
inspiramus, sicut ha-
bent permanendi æ-
ternitatem, ita cognos-
cendi facilitatem, &
requiescendi felicita-
tem; sine difficultate
quippè nos adjuvant,
quoniam spiritualibus
motibus puris, & libe-
ris non laborant.

R. Vivit ipse Domi-
nus, * Quoniam cu-
stodivit me Angelus
ejus, & hinc euntem,
& ibi commorantem,
& inde hoc reverten-
tem.

R. Et non permisit

me Dominus ancil-
lam suam coinqua-
ri, Quoniam custodi-
vit.

Lectio V.

NOs duas societa-
tes Angelicas in-
telligimus. unam fru-
entem Deo, alteram
tumentem typho. V-
nam, cui dicitur: A-
dorate eum omnes
Angeli ejus; aliam,
cujus Princeps dicit:
Hæc omnia dabo tibi,
si prostratus adorave-
ris me. Vnam san-
cto Dei amore flagran-
tem: alteram pro-
priæ celsitudinis im-
mundo amore humana-
tem. Et quoniam,
sicut scriptum est, De-
us superbis resistit,
humilibus autem dat
gratiam; illam in cæ-
lis

lis habitantem, istam
indè dejectam, in hoc
infimo aëreo cœlo
tumultuantem.

R. Angelus Domini
descendit cum Aza-
ria, & socijs ejus in
fornacem, & excussum
flammam ignis de for-
nace. * Et non tetigit
eos omnino ignis, ne-
que contristavit.

V. Benedictus De-
us eorum, qui misit
Angelum suum, & e-
xuit lervos suos, qui
crediderunt in eum.
Et non tetigit.

Lectione VI.

Illam luminosa pic-
tate tranquillam;
istam tenebris cupi-
ditatibus turbulen-
tam. Illam Dei nutu
clementer subvenien-
tem, justè ulciscen-

tem: istam suo fastu
subdendi, & nocendi
libidine astuantem.
Illam, ut quantum
vult, consulat, Dei
bonitatis ministram;
istam ne quantum
vult noceat, Dei pote-
state froenatam. Illam
huic illudentem, ut
nolens pro sit perfe-
ctionibus suis; hanc il-
li invidentem, cum
peregrinos colligit su-
os.

R. In omni tribu-
latione eorum non est
tribulatus. * & Ange-
lus faciei ejus salvavit
eos.

V. In dilectione
sua, & indulgentia sua
ipse redemit eos, &
portavit eos, & eleva-
vit eos cunctis diebus
læculi. Et Angelus.
Glo-

Gloria. Et Angelus.

In tertio Nocturno

Lectio S. Evangelij secundum Matth.

Cap. 18.

Lectio VII.

In illo tempore: Acceserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas, maior est in Regno Cœlorum? Et reliqua. Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. Comment. in Matth.

c. 18.

Post inventum statarem, post tributa reddita, quid sibi vult Apostolorum repentina interrogatio: Quis putas major est in Regno Cœlorum? Quia viderant pro Petro, & Domino idem

tributum redditum, ex æqualitate pretij arbitrati sunt, Petrum omnibus Apostolis esse prælatum, qui in redditione tributi Dominu fuerat comparatus: ideo interrogant, quis major sit in Regno Cœlorum? Videntisque Iesus cogitationes eorum, & causas erroris intelligens, vult desiderium gloriæ humilitatis contentione sanare.

R. Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia: * Cum fletu, & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, ut bonum Angelum mittet ad salutem Israel.

V. Cum pariter

prompto animo pro-
cederent Jeroſolymis,
apparuit præcedens e-
os Eques in veste can-
dida. Cum fletu.

Lectio VIII.

SI autem manus tua
vel pes tuus scan-
dalizat te, abscinde e-
um, & projice abs te.
Necessæ est quidem
venire scandala: va-
tamen ei homini, qui,
quod necesse est, ut fi-
at in mundo, vitio suo
facit, ut per se fiat. Ig-
tur omnis truncatur
affectus, & universa
propinquitas amputa-
tur: ne per occasio-
nem pietatis unusquis-
que credentium lcan-
dalis pateat. Si, inquit,
ita est, quis tibi con-
junctus, ut manus,
pes, oculus, & est uti-

lis, atque solitus, &
acutus ad perspicien-
dum, scandalum au-
tem tibi facit; & pro-
pter dissonantiam mo-
rum te pertrahit in ge-
hennam: melius est,
ut propinquitate ejus,
& emolumentis car-
nalibus carcias, quam,
dum vis lucifacere
cognatos, & necessa-
rios, causam habeas
ruinarum.

R. Tu Domine,
qui misisti Angelum
tuum sub Ezechia Re-
ge Juda, & interfeci-
sti de castris Sennache-
rib centum octuagin-
ta quinque millia:
Et nunc Dominator
cœlorum mitte An-
gelum tuum bonum
ante nos in timore, &

tremore magnitudinis
brachij tui.

¶. Ut metuant, qui
eum blasphemia ve-
niunt adversus sanctum
populum tuum. Et nunc.
Gloria. Et nunc.

Lectio IX.

Dico enim vobis, quia Angeli co-
rum semper vident fa-
ciem Patris mei. Su-
prà dixerat per manu-,
& pedem, & oculum
omnes propinquita-
tes, & necessitudines,
qua scandalum facere
poterant, amputan-
das: austeritatem ita-
que sententiae, tubje-
cto præcepto tempe-
rat, dicens: Videte, non contemnatis u-
num ex pusillis istis.
Sic, inquit, præcipio
severitatem, ut com-

mitceri clementiam
doceam; Quia Ange-
li corum vident facie
Patris mei. Magna
dignitas animarum, ut
unaquaque habeat ab
ortu nativitatis, in cu-
stodiam sui Angelum
delegatum. Vnde le-
gimus in Apocalypsi
Joannis: Angelo E-
phefi, & reliquarum
Ecclesiarum scribe
hæc. Apostolus quo-
que præcipit velari ca-
pita fœminarum inEc-
clesijs propter Ange-
los.

Te Deum laudamus.

*Missa Propria. ut ba-
betur in Indice Nova-
rum Missarum præced.
Anno Labaci impressa-
rum.*

Feria Tertia.

Infra Octavam.

S. Ber.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

S. Bernard. in festivit. S.

Michæli.

Hic est funiculus triplex, quo de excelso cœlorum habitaculo ad consolandos, ad visitandos, ad adjuvandos nos attrahitur. Supereminens charitas Angelorum, propter Deum, propter nos, propter seiplos. Propter Deum utique, cuius tanta erga nos misericordia velcera, ipsi quoque imitantur. Propter nos, in quibus propriam similitudinem mitterantur. Propter seiplos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio praesciantur. In ore enim

parvulorum, qui latè modò vescuntur, & nondum solido cibo, perficienda est laus illa majestatis Divinæ, cuius habentes primitias Angelici spiritus, beata delectatione fruuntur: sed tantò avidiūs nos expectant, quanto consummationis ejus expectatione, & expetitione solicitantur.

R. Vivit ipse Dominus, &c. f. 145.

Lectio V.

Væ cum ita sint, penitentie etiam quanta nobis solitudine opus est, ut dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & co modo conversemur in conspectu Angelorum, ne forte san-

sanc*tos offendamus obtutus. Væ enim nobis, si quando provocati peccatis, & negligentijs nostris indignos nos judicaverint præsentia, & visitatione sua, ut jam necesse habeamus & nos plangere, & dicere cum Propheta: Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt; & qui juxta me erant, de longe steterunt, & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Elongatis nimis eis, quorum præsentia protegere nos, & propulsare poterat inimicum.*

R. Angelus Domini, &c. f. 146.

Lectio VI.

Quod si tam necessariam habemus familiaritatem dignationis Angelicæ, cavaenda nobis est eorum offensia, & in his maximè exercendum, quibus eos novimus oblectari. Sunt enim plurima, quæ eis placent, & quæ in nobis invenire delectat, ut est, sobrietas, castitas, paupertas voluntaria, crebri in Cœlum gemitus, & orationes cum lachrymis, & cordis intentione. Attamen super omnia hæc unitatem, & pacem à nobis exigunt Angeli pacis. Econtra vero nihil æquè offendit, & ad indignationem provocat eos,

quomodo dissensio-
nes, & scandala.

R. In omni tribula-
tione, &c. f. 146.

In tertio Nocturno.

Lectionis. Evangelij se-
cundum Matth.

Lectio VII.

IN illo tempore: Ac-
cesserunt Discipuli
ad Jetum, dicentes :
Quis putas major est
in Regno cœlorum ?
Et reliqua.

Homilia S. Joannis
Chrysostomi.

*Ex varijs in Matthæum lo-
cis. Homilia 18.*

VÆ mundo à scan-
dalibus. Mundum i-
stum, terrenum locū
dicit : Neque verò de
Cœlo, & terra intelli-
gere debemus mun-
dum, sed mundum
hic intelligamus ter-

renum ; idco quod
dixit Dominus : Re-
gnum meum non est
de isto mundo ; si ei-
sem de mundo, ama-
ret me mundus. Et di-
citur ad Apostolos :
Vos nō estis de mundo

R. Machabæus, &c,
fol. 147.

Lectio VIII.

VÆ igitur mundo,
hoc est, terreno
loco, à scandalis: ne-
cessere enim est, ut ve-
niant scandalata: non
quia necesse; sed quia
mundo necesse, ut ve-
niant. Videτe, quod
dicimus, subtile est; si
necessere est, ut veni-
ant scandalata; ergo
abiique culpa est ille,
per quam venit scan-
dalum. R. Tu Do-
mine, &c. f. 148.

Lc.

Lectio IX.

SED nos dicimus, Scandalum non venit, nisi in terreno mundo. Vis tibi non venire scandalū? noli esse terrēus. Propterea dico mundus terrēus scandalum habet, terra ista necesse est, ut habeat scandalum: noli portare terrenum sed cœlestem & scandalum non habebis. Veruntamen vñ homini illi, per quem scandalum venit.

Te Deum laud.

Feria quarta.

Intra Octavam,
In secundo Nocturno.

Lectio IV.

S. Hilarius in Psal. 173.

IN conspectu Angelorum psallam tibi. Parùm sibi existimat

Propheta esse, ut hominibus tantum prætentibus psallat, quia homines corporalium tantum negotiorum officia inspiciunt; in eo enim quod psallit, motum complacitæ operationis Deo ostendit. Non ergo quæ videntur in corpore, cerni desiderat; sed ea, quæ spiritualiter naturæ spirituales contuentur, gerere festinat. Scit enim sub pecula Angelorum vitam omnem, morisque agere, & ubique hæc divinorum ministeriorum auxilia fidelibus cunctis assistere, ut scriptum est: Præcessit Angelus Domini in circuitu timentium cum.

R. Vivit ipse Dominus, &c. f. 145.

Lectione V.

Legem etiam Moy-
si in manu media-
toris per Angelos fu-
isse depositam docet A-
postolus, nec non &
Helisæus ab solutissi-
mè docuit, humanas
infirmitates, Angelorum auxilijs defen-
di, & in omnibus pe-
riculis, si fides maneat,
in nobis adesse spiritualium virtutum de-
fensionem. Nam cum
Rex Syriæ capere Geth-
Vrbem, in qua idem
Propheta Helisæus es-
set, pararet, & noctur-
nis itineribus exerci-
tum suum, qui antelucanus Vrbem obser-
deret, destinasset, puer
Helisæi conspecta ob-

sidence dixit: O Do-
mine, quid faciemus?
Et dixit: Noli timere,
quia plures sunt nobis-
cum, quam cum il-
lis.

R. Angelus Domini,
&c. f. 146.

Lectione VI.

Et oravit Helisæus
ad Dominum, &
dixit: Adaperi Domi-
ne oculos pueri hujus,
ut videat: Et aperuit
Dominus oculos pue-
ri, & vidit. Et ecce
mons erat plenus e-
quis, & curribus in
gyro Helisæi, & de-
scenderunt ad eos.
Tantus, & tam nobilis
Propheta solus con-
templatione auxilio-
rum spiritualium di-
gnus est. Sed oratio e-
jus ad Deum, viuum

in-

incorporalium etiam puerō tuo meruit. In horum igitur assistentium humanis auxilijs Angelorum contipe-
etū pīllat Propheta simplicibūs spiritua-
lium operum contem-
platione placiturus.

R. In omni tribu-
latione: &c. f. 145.

In tertio Nocturno.
Lectione S. Evangelij secundūm Matth.

Cap. 18.

Lectione VII.

IN illo tempore: Ac-
cesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas major est in Regno Cœlorum.
Et reliqua.

Homilia S. Bernardi
Abbatis.

Tom. I. in Festis S. Michaelis.
Sermon. II.

AVdistis, fratres, E-
vangelicam le-
ctionem adversus eos
qui pusillos scandaliza-
rant, satis terribiliter
intonantem. Nemini blanditur veritas, ne-
minem palpat, nullum seducit, aperte de-
nuncians, quoniam
væ homini illi, per
quem scandalum ve-
nit, expedit ei, ut su-
spendatur in collo e-
ius mola asinaria, &
pro suavi jugo, & levi
onere Salvatoris, gra-
vi mole terrenæ cupi-
ditatis humeris ejus
imposita, demergatur
in profundum maris
hujus magni, & spa-
ciosi manibus, quod
est sine dubio sacru-
lum nequam. Perira
siquidem necesse est ho-

hominem, qui charitatem non habet, etiamsi tradiderit corpus suum ita, ut ardeat: & hoc dixerim, fratres, ut in ea charitate, & unanimitate, & pace; in qua statis in Domino, solliciti sitis perseverare, & abundare magis.

R. Machabæus, &c.

Lectione VIII.

Quae est enim spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriae: nonne unitas, & unanimitas vestra, in qua gaudeo vos inveniri fraternitatis amatores, & ante omnia mutuam in vobis meti ipsiis charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis? In hoc enim

cognoscunt omnes, etiam Angeli sancti quod Christi estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Denique potest hinc quoque fraternalis dilectionis utilitas magnificè commendari: numquid enim Christi gratia diligemur ab Angelis, si de mutuali dilectionis inopia cognoverint nequam ejus nos esse discipulos: Numquid diligemur ab eis propter nos ipsos, id est, spiritualis naturæ similitudinem, si invenimus non diligere humanæ naturæ nostræ confortes? Imò vero, si ex eis, quæ inter nos sunt, contentionibus, carnales nos

magis, quam spirituales esse constiterit?

R. Tu Domine, &c.

Lectio IX.

DEnique nunquid Angeli diligent nos propter se ipsos, & futuram de nobis civitatis suæ restauracionem, si (quod absit) unum, quo solo uniti, coædificari eis possumus, defuerit glutinum charitatis: Quomodo sperabunt reædificandos de nobis perpetuos civitatis illius muros, si cognoverint, si viderint, nos non lapides esse vivos, qui possint invicem cohædere: sed magis pulverem, quem projicit ventus à facie terre, quem unius verbi status in turbinem ex-

citet, & suspicionis cuiuslibet levissima aura dilperget: Et hæc quidem dixisse sufficiat, pro eo, quod ait Dominus: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis.

Tc Deum laudamus, &c.

Feria quinta.

Infra Octavam.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Ep.

Lib. 9. Civit. c. 22.

Lectio IV.

Angelis bonis omnibus corporalium, temporaliumque rerum scientia vilis est, non quod earum ignari sint, sed quod illis Dei, qua sanctificantur, charitas chara est Præ cujus non tantum incorporali, ve-

rum etiam incommu- tericorditer diligunt,
tabili , & ineffabili nolunt nos sibi sacrifi-
pulchritudine , cuius care , sed ei , cuius &
sancto amore inarde- ipsi nobiscum sacrifi-
scunt omnia , quæ in- cium esse noverunt.
frâ sunt , & quod illud R. Angelus Domi-
est non sunt , seque i- ni , &c f. 146.
plos inter illa conte-
nnunt , ut ex toto
quod boni sunt , eo
bono , ex quo boni
sunt , perficiantur.

R. Vivit ipse , &c f. 145

Lectio V.

Angeli in cœlesti-
bus sedibus con-
stituti immortales , &
beati , qui Creatoris
sui participatione gau-
dent , cuius æternita-
te firmi , cuius verita-
te certi , cuius munc-
re sancti sunt ; quo-
niam nos mortales ,
& miserios , ut imorta-
les , beatiq; simus , mi-

ericorditer diligunt ,
nolunt nos sibi sacrifi-
care , sed ei , cuius &
ipsi nobiscum sacrifi-
cium esse noverunt.

R. Angelus Domini , &c f. 146.

Lectio VI.

CVM ipsis sumus u-
na civitas Dei , cui
dicitur in Psalmo :
Gloriosa dicta sunt de-
te civitas Dei ; cuius
pars in nobis peregrin-
atur , pars in illis o-
pitulatur . De illa qui p-
pe superna civitate , u-
bi Dei voluntas intel-
ligibilis , atque incom-
mutabilis lex est , de il-
la superna quodam-
modo curia (geritur
namque ibi cura de
nobis) ad nos mini-
strata per Angelos san-
cta Scriptura descendit .

R. In

R. In omni tribulatione, &c. f. 146.

In tertio Nocturno.
Lectio S. Evangelij secundum Matth.

Lectio VII.

IN illo tempore : Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes Quis putas, maior est in Regno Cœlorum ? Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Tom. I. i. v. Feste S. Michaelis.

Jam verò quem non moveat, quod sequitur in Evangelio ? Si oculus tuus scandalizaverit te, cruce eum. Numquid enim corporalem hunc oculum monemur erucere, aut unam ex manibus istis, similiter & unum abscindere pe-

dem ? Absit à nobis hujusmodi carnalis omnino, & nimis ridicula cogitatio.

R. Machabæus, & qui &c. f. 147.

Lectio VIII.

Porrò triplex fieri scandalum. Istud quotidiano nobis nosse licet experimento. Interdum enim est in nobis spiritualis intentionis oculus simplex, & qui gratia magis, quam noster dicendus sit; sed scandalizat nos oculus noster, & qui verè à nobis est, dum voluntas nostra aliam minus castam importunè ingerit intentionem ; sed habemus super hoc salubre consilium Salvatoris : Euge cum, inquit, & pro-

proijce abs te. Hoc autem fiet, si non consentias, si abijcias, si resistas. Simili modo de magno, ac pede est intelligendum. R. Tu Domine, &c. fol. 148. non xxi Lectio IX.

Vm autem bonis operibus intentos ad alia opera trahere voluntas propria conatur, manus nostra est, quæ scandalizat nos: sed abicindi debet, & projici à nobis, ut non ei consentiamus. Sic etiam proficer in sancta conversatione, & ascende te per gradus scalæ, quæ Jacob apparuit, ac juxta quod ait Psalmista, de virtute in virtutem ire desiderantes, sapientius ican-

dalum patimur à pe- de quodam pusillani- mitatis, & negligen- tiæ nostræ, qui nimi- rum descendete ma- gis, ac remissius ire conatur: sed abicindi cum necesse est, ut per gratiæ, qui stat in dire- cto, currere possit si- ne offensione, sine scandalo, sine impedi- mento.

Te Deum Laud.

Feria sexta

Infra Octavam.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

S. Bernard. in Festivit. S. Mi- chaelis.

Dignum est, ut glotiam Angelorum non capientes, tantò magis amplectamur misericordiam, quam nimirus con-

conit, nihilominus
abundare domesticos
Dei, Cœli cives, Prin-
cipes Paradisi. Testatur
enim Apostolus, qui
raptus ad tertium Cœ-
lum, beatæ illi curiæ
meruit interesse, atque
eius nosse secreta,
quoniam omnes ad-
ministratorij sunt spi-
ritus, missi in ministerij
propterea, qui
hereditatem capiunt
salutis. Neque id cui-
quam incredibile vi-
deatur, quandoqui-
dem ipse quoque Cre-
ator, & Rex Ange-
lorum venit non mi-
nistrari, sed ministra-
re, & animam suam
dare pro multis.

R. Vivit ipse Domi-
nus, &c. f. 145.

Lectio V.

Ministrant Angelii,
sed de alieno of-
ferentes Deo bona o-
pera, non sua, sed
nostra, & nobis ejus
gratiam referentes.
Unde & Scriptura di-
cit: Quoniam ascen-
dit sumus aromatum
in conspectu Domini,
de manu Angelorum;
solicite præmisit, data
ei fuiss' incensa multa.
Nosros enim suos
non suos; nostras
non suas lachrymas
offerunt Deo; nobis
quoque ejus munera
referunt, non ita.
Non sic minister ille
sublimior cunctis, sed
humilior universis,
qui semetipsum obtu-
bit sacrificium laudis,
qui Patri offrens ani-
mam suam, nobis mi-

L

ni-

nistrat usque hodie carnem suam.

R. Angelus Domini, &c. f. 146.

Lectio VI.

HVjus itaque tanti mysterij gratia, nihil mirum si dignantur nobis, imò & libenter Angeli sancti ministrent. Ipsi enim amant nos, quia nos amavit Christus. Dicitur certè vulgari proverbio : Qui me amat, & canem meum amat. Nos verò, o Beati Angeli catelli sumus Domini illius, quem tanto affectu diligitis. Catelli inquam, cupientes saturari de micis, quæ cadunt de mensis Dominorum nostrorum, qui estis vos. Et hæc.

dixerim, fratres, ne pliore de cætero erga beatos Angelos fiduciam habeatis, ac proinde familiarius in omni necessitate vestra illorum invocetis auxilia, sed & dignè in eorum præsentia converlati, & magis, ac magis eorum vobis conciliare gratiam, captare benevolentiam, exorare clementiam studeatis.

R. In omni tribulatione, &c. f. 146.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

Cap. 18.

Lectio VII.

IN illo tempore: Accesserunt Discipuli ad Iesum, dicentes : Qui putas major est in

Re-

Regno Cœlorum? Et
reliqua.

Homilia S. Joannis
Chrysostomi.

Homil. 60. in Matth.

Videte, ne con-
temnatis unum
de parvulis istis. Par-
vulos non ætate, sed
multorum æstimatio-
ne appellavit; paupe-
res, inquam, ignotos,
exterisque hujusmo-
di, quos multi con-
temnunt, qui revera
paryuli non sunt, cùm
Creatoris omnium a-
mici sint: quos ipse
multò magis venera-
biliores facit, dicens:
Quia Angeli eorum
semper vident faciem
Patris mei, qui in cœ-
lis est.

*R. Machabæus, &
qui &c. f. 147.*

Lectio VIII.

Hinc manifestum
est, quia omnes
Sancti Angelos ha-
beant. Apostolus et-
jam ait de muliere,
quoniam velamen de-
beat habere in capite
propter Angelos; &
Moyses: Statuit fi-
nes, inquit, Gentium
secundum numerum
Angelorum Dei. Hic
verò non de Angelis
simpliciter dicitur, sed
de Angelis excellenti-
bus, atque supremis.
Nihil enim aliud desi-
gnatnr, cùm faciem,
dicat, Patris mei aspi-
ciunt, quam summa
fiducia eorum, & ho-
nor precibus.

*R: Tu Domine, qui
&c. f. 148.*

Lectio IX.

L 2

Vi.

VIdes, quot, quibusque rationibus ad modestiam, & ad curam tenuiorum fratrum nos revocat? Infantem in medio statuit, & dixit: Efficiamini sicut parvuli, & quicunque tales suscepit parvulum, me suscipiet; & qui cunque hunc scandalizaverit, extrema luet supplicia: & scandalizantes homines, etiam si loco manuum, atque oculorum nobis essent, absindere jussit. Angelorum quoque authoritate, qui hos tenues fratres tantur, ut eos veneremur, impedit.

Te Deum laudamus, &c.

Sabbatho.

Infra Octavam.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ambrosij;

Sermon de Eliseo

Lection IV.

HOstium tumultus bellicos minimè timere debemus nec quamlibet numerosam hostium multitudinem formidare. Quoniam, sicut ait Apostolus, major est, quin in nobis est, quam qui in mundo, hoc est, potentior est ad protegendos famulos suos Christus, quam diabolus ad instigandos inimicos: quamvis enim idem diabolus colligat sibi turbas, & crudeli eas armet insania, tamen facile destruuntur, quia melioribus

ribus populum suum
Salvator circumdat
auxilijs. Ait enim Pro-
pheta; Immittet An-
gelum Dominus in cir-
cuitu timentium eum,
& eripiet eos. Quod si
Angelus Domini ti-
mentes eum de peri-
culis eripit, non po-
test timere barbarum,
qui timuerit Salvato-
rem.

R. Vivit ipse Domi-
nus, &c. / 145.

Lectio V.

Quid miraris, si filio
ministerium exhibe-
bent Angeli, cum et-
jam nostræ salutis mi-
nistros eos constet ef-
fectos? Filius tamen
sicut Dominus salvat:
isti verò sicut servi sa-
luti prædestinorum
deserviunt. Intelligite

igitur, quantus honor
nobis existit, ad quos
sicut ad amicos, ita
ministros Angelos su-
os destinat Deus.

R. Angelus Domini
&c. f. 146.

Lectio VI.

Qui juxta me erant
de longè steterunt
ne mysticus quidem
pietatis abhorreat af-
fectus, ut pro Angelis
dixerit, qui præten-
dunt timentibus Do-
mínū, ut eripiant
eos de temptationibus,
quas ferre non possunt.
Quomodo ergo longè
stant, qui ad adjumen-
tum sunt attributi?
sed non illi se separant,
sed qui urgetur tenta-
tionibus, putat eos
longè abesse, quos pro-
pius sibi adesse deside-

rat. & arbitratur dissimulare, cùm illi adjuvandi tempus nutus sui Imperatoris expertent, qui athletam suum quò glorioſius vinceret, diutiū certare præcepit.

R. In omni tribulatione, &c. f. 146.

In tertio Nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum Cap. 18.

Lectio VII.

IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis putas major est in Regno Cœlorum? Et reliqua.

Homilia S. Joannis Chrysostomi.

Ex Hom. 59.

CURIOSÈ, inquit, Cicerutamini vos:

quis vestrum major sit & de primatûs honore contenditis. Ego autem si quis humilior rem se cæteris non effecerit, ipso ingressu cœlesti omnino indignum affero. Rectè autem ante oculos monstrazione parvuli totam rem posuit, ipso aspectu eos convertens, ac persuadens, ut abique simulatione aliqua humilitatem amplectantur.

R. Machabæus, & qui &c. f. 147.

Lectio VIII.
PArvuli autem non invidere, nec inanem expectare gloriam, nec primatûs desiderare dignitatem noverunt: sed maxime hanc virtutem possident,

sident, puram dico simplicitatem, & humilitatem. Non ergo fortitudine tantum ac prudentia, sed humilitatis quoque virtute & simplicitate nobis opus est: quæ si non adest, salus nostra certè claudicat.

R. Tu Dominæ, qui &c. f 148.

Lectio IX.

PArvulum autem pætate, & quidem, mea intentio, valde parvulum, qui ab omnibus esset Passionibus liber, in medio stait. Illa enim ætas omni arrogantia, omni gloriæ inanis furore, omni livoris intania, omni contentionis cupiditate, ceterisque hujusmodi affectibus

immunis est. Cumque præcipuis muniatur virtutibus, simplicitatis scilicet, ac humilitatis, de nulla istarum superbit, ita dupli Philosofia ornatur. Te Deum laud. &c.

Dominica II. Septembris.

Dies Octava Sanct. Angel. Custod. duplex.

Lectiones primi Nocturni de Dominica secunda. Sept.

Sermo S: Bernardi Ab.

Ex serm. 12. super Psal.

Qui habitat.

Lectio IV.

Angelis suis mandavit de te. Mira dignatio, & verè magna dilectio charitatis. Quis enim? quis? de quo? quid mandavit? studiosè

con-

consideremus fratres,
diligenter commen-
demus memoriam, hoc
tam grande mandata-
tum. Quis enim man-
davit? cuius sunt An-
geli, cuius mandatis
obtemperant, cuius
obedient voluntati;
nempe Angelis suis
mandavit de te, ut cu-
stodiant te in omnibus
vijs suis: nec cunctan-
tur, quin etiam in ma-
nibus tollant te. Sum-
ma ergo maiestas man-
davit Angelis, & An-
geli suis mandavit;
illis utique sublimibus
tam beatis, tam pro-
ximè sibi cohærenti-
bus, tam familiariter
sibi adhærentibus, &
verè domesticis Dei
mandavit de te. Tu
quis es? Quasi vero

non sit homo putre-
do, & filius hominis
vermis.

R. Vivit ipse Domi-
nus, &c. f. 145.

Lectio V.

Sed quid putas man-
davit de te? nun-
quid scripsit contra te
amaritudines? nun-
quid ut contra solium
quod vento rapitur,
ostendat potentiam
luam, & stipulam sic-
cam persequantur?
nunquid ut tollant
impium, ne videat
gloriam Dei? man-
dandum istud est, non
mandatum. Itaque
Angelis suis mandavit
de te, ut custodiant
te. Pretiolum depo-
situm nobis commis-
rat fructum crucis suæ,
præmium sanguinis sui;
non

non est contentus cu-
stodiâ hâc tam parum
tuta, tam parum utili,
tam fragili, tam insuf-
ficienti. Super mu-
ros tuos Jerusalēm
constituit custodes,
nempe etiam ipsi, qui
videntur muri, aut in
muro ipso columnæ,
his custodibus egent,
& maximè.

R. Angelus Domini-
ni, &c f. 146.

Lectio VI.

Quantam tibi de-
bet hoc verbum
inferrere reverentiam,
afferre dævotionem,
conferre fiduciam!
Reverentiam pro præ-
sentia, dævotionem
pro benevolentia, fi-
duciam pro custodia.
Cautè ambula, ut vi-
delicet, cui adiunt An-

geli, sicut eis manda-
tum est, in omnibus
vijs tuis: in quovis di-
verſorio, in quovis
angulo, Angelo tuo
reverentiam habe.
Tunc audeas illo præ-
lente, quod vidente
me non auderes? Cæ-
terū etiā tam parvu-
li sumus, & tam ma-
gna nobis, nec modò
tam magna, sed & tam
periculosa via restat,
quid tamen hab tantis
custodibus timeamus?
nec superari, nec le-
duci, minùs autem se-
ducere possunt, qui cu-
stodiunt nos in omni-
bus vijs nostris. Fi-
deles sunt, prudentes
sunt, potentes sunt,
quid trepidamus? tan-
tum sequamur eos,
adhæremus eis, & in
pro-

protectione Dei cœli
commoremur.

R. In omni tribu-
latione &c. f. 146.

*Lectio VII. & VIII. ut
in die Festi.*

*Lectio nona de Homi-
lia Dominicæ secundæ
Septembris, cuius fit
commemoratio in Lan-
dibus & Vesperis.*

*Si dies Octava SS.
Angel. Custod. inciderit
in Festum Nativitatis
B. Mariae Virginis, fit de
B. Maria Virgine, cum
commemoratione diei O-
ctavæ SS. Angel. Custod.*

Die Dominica infra
Oct. Nat. B. M. V.

O F F I C I V M

De Sanctissimo
NOMINE
B. MARIAE Vir-
ginis. Dup. maj.

Ad Vesperas.

*Ant. Dum eis est Rex
&c. cum reliq. Ant. &
Psal. ut in Officio par-
vo B. M.*

*Capitulum. Ab ini-
tio, &c.*

Hym. Ave maris, &c.

V. Dignare me lau-
dare te, Virgo sacrata.

R. Da mihi virtu-
tē contra hostes tuos.

*Ad Magnificat. Ant.
Sancta Maria succur-
re miseris, juva pusil-
lanimes, refove flebi-
les, ora pro populo,
interveni pro Clero,
intercede pro devoto
foeminco sexu: senti-
ant omnes tuum ju-
vamen, quicumque
celebrant tui Sancti
Nominis commemo-
rationem.*

Oratio.

Con-

Concede quatuor
mus, Omnipotens
Deus, ut fidèles tui,
qui sub sanctissimæ V.
Mariæ Nomine, &
protectione lætantur:
eius pia intercessione,
a cunctis malis libere-
mur in terris, & ad
gaudia æterna perve-
nire mercantur in cæ-
lis. Per Dominum, &c.

*Deinde fit consum.
Dom. occurrit.*

Ad Matut. Invitator.

Sancta Maria Dei
Genitrix Virgo * Intercede pro nobis.

*Psalm. Venite ex-
ultemus, &c.*

*Hymnus. Quem ter-
ra, pontus, &c.*

*Antiph. Psal. & V.
Nocturnorum, ut in Of-
ficio parvo Beatae Ma-
riae.*

*In primo Nocturno
Lectiones. De para-
bolis Salomonis, Ego fa-
pientia, &c. cum Re-
sponsoriis, ut in festo S.
Mariæ ad Nives.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

*De Sermone S. Bernar-
di Abbatis.*

*Ex hom. 2. super missus est
circa finem.*

*ET Nomen, inquit,
Virginis Maria.
Loquamur pauca, &
super hoc nomine,
quod interpretatum
Maris Stella dicitur, &
Matri Virgini valde
convenienter aptatur:
ipsa namque aptissime
sideri comparatur.
Quia sicut sine sui cor-
ruptione sidus suum
emittit radium, sic
absque sui lassione Vir-*

go.

go patuerit filium.
Nec sideri radius su-
am minuit claritatem,
nec Virgini filius luam
integritatem. Ipsa est
igitur nobilis illa stella
ex Jacob orta , cuius
radius universum or-
bem illuminat , cu-
jus splendor & præful-
get in supernis , & in-
feros penetrat , terras
etiam perlustrans , &
calefaciens magis men-
tes , quam corpora ,
fovet virtutes , exco-
quit vitia. Ipsa , in-
quam , est præclara , &
eximia Stella super hoc
mare magnum , & spa-
tiofum necessariò sub-
levata , micans meritis
illustrans exemplis. Tu
autem Domine , &c.

R. Sicut cedrus ex-
altata sum in Libano ,

& sicut cypressus in
monte Sion : quasi
myrrha electa * Dedi
suavitatem odoris.
¶ Et sicut cincta-
momum , & balta-
mum aromatizans.
Dedi.

Lectio V.

Oquisquis te intel-
ligis in hujus fæ-
culi profluvio magis
inter procellas , & tem-
pestates fluctuare ,
quam per terram am-
bulare ! ne avertas o-
culos à fulgore hujus
sideris , si non vis ob-
rui procellis. Si insur-
gant venti tentatio-
num , si incurras tco-
pulos tribulationum ,
retpice stellam , voca
Mariam. Si jactaris
superbiæ undis , si am-
bitionis , si detractio-
nis

nis, si æmulationis,
respice stellam!, voca
Mariam. Si iracundia,
aut avaritia, aut carnis
illecebra naviculam
concusserit mentis,
respice ad Mariam. Si
criminum immanita-
té turbatus, conscienc-
iæ fæditate confusus,
judicij horrore perter-
ritus, barathro inci-
pias absorberi tristitiae,
deperationis abyssō,
cogita Mariam. Tu
autem, &c.

R. Quæ est ista, quæ
processit sicut Sol, &
fornicata tanquam Je-
rusalem? * Viderunt
cam filiæ Sion, & bea-
tam dixerunt, & Re-
ginæ laudaverunt e-
am.

V. Et sicut dies ver-
ri circumdabant eam

flores rofarum, & lilia
convallium. Vide-
runt.

Lectione VI.

IN periculis, in angu-
stijs, in rebus dubijs
Mariam cogita. Ma-
riam invoca. Non re-
cedat ab ore, non re-
cedat à corde, & ut
imperies ejus oratio-
nis suffragium, non
deleas conuersationis
exemplum. Ipsam le-
quens non devias. I-
psam rogans non de-
peras: ipsam cogitans
non erras: ipsa tenen-
te non corruis: ipsa
protegente non me-
tuis: ipsa duce non fa-
tigaris: ipsa propitia
pervenis, & sic in te-
metipso experiris,
quàm meritò dictum
sit,

lit, Et Nomen Virgi-
nis Maria.

Quod quidem Ve-
nerabile Nomen, jam-
pridem in quibusdam
Christiani Orbis parti-
bus speciali ritu cul-
tum, Innocentius
Undecimus Romanus
Pontifex, ob insignem
victoriam sub ejus-
dem Virginis Mariæ
Præsidio de immanis-
simi Turcarum Tyra-
no cervicibus populi
Christiani insultante
Viennæ in Austria par-
tam, & in perenne
tanti beneficij monu-
mentum, in Ecclesia
universalis singulis an-
nis Dominica infra O-
ctavam Nativitatis B.
V. Mariæ celebra-
præcepit. Tu autem
Dominic, &c.

R. Ornatam moni-
libus filiam Ierusalem
Dominus concupivit*
Et videntes eam fi-
liae Sion, beatissimam
prædicaverunt dicen-
tes * Vnguentum ef-
futum nomen tuum.

V. Astitit Regina à
dextris tuis in vestitu
deaurato, circumda-
ta varietate. Et viden-
tes. Gloria Patri, Un-
guentum.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij se-
cundum Lucam.

Lectio VII.

In illo tempore: Mi-
litus est Angelus Ga-
briel à Deo in Civita-
tem Galilææ, cui No-
men Nazareth ad Vir-
ginem deponitatem
viro, cui notum erat
Ioseph de domo Da-
vid,

vid, & nomen Virgi-
nis Maria. Et reliqua.
Homilia sancti Petri
Chrysologi.

Serm. 142. de Annunciat.

Audistis hodie, fra-
tres charissimi, Angelum cum mulie-
re de hominis repara-
tione tractantem. Au-
distis agi, ut homo
cursibus eisdem, qui-
bus dilapsus fuerat ad
mortem, rediret ad vi-
tam. Agit, agit cum
Maria Angelus de sa-
lute, quia cum Eva
Angelus egerat de rui-
na. Audistis Angelum
de carnis nostræ limo
Templum Divinæ Ma-
jestatis arte ineffabili
construente. Audi-
stis in terris Deum, in
cœlis hominem Sacra-
mento incomprehen-

tenibili collocari. Au-
distis inaudita ratione
in uno corpore Deum
hominemque miseri.
Audistis fragilem no-
stræ carnis naturam ad
portandam totam Dei-
tatis gloriam Angelica,
exhortatione robora-
ri.

R. Fælix namque es
Sacra Virgo Maria, &
omni laude dignissi-
ma* Quia ex te ortus
est Sol justitiae, Chri-
stus Deus noster.

V. Ora pro populo
interveni pro Clero,
intercede pro devoto
fœminco sexu: Sen-
tiant omnes tuum ju-
vamen, quicumque
celebrant tuam san-
ctam commemorationem.
Quia ex te.

Lectione VIII.

Dc.

Denique ne tanto ponderi cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corporis arcera succumberet, & in Virgine totius generis humani portatura frumentum, virga tenuis frangetur, fugatura metum vox Angeli mox præcessit, dicens. Ne timeas Maria. Ante causam dignitas Virginis annunciatur ex Nominis; Nam Maria hebræo sermone latine Domina nuncupatur: Vocat ergo Angelus Domini, ut Dominatoris Genitricem trepidatio deterat servitutis, quam nasci, & vocari Dominam ipsa sui germinis fecit, & impetravit auctoritas: Ne timeas

Maria, invenisti enim gratiam. Verum est, quia qui invenit gratiam, nescit timere: Invenisti gratiam.

R. Beatam me dicent omnes generationes. * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est: Et sanctum nomen ejus.

V. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit. Gloria Patri. Quia fecit.

Lectio IX. de Homili. Dominicæ occurrentis.

Si autem idem Officium iuxta rubricas Breviarij Romani transferendum sit; nona Lilio sumatur eo anno ex officio B. Martæ insabb.

Mensis Sept.

Ad Laudes, & per Horas.

Ant. Dum esset Rex, &c. cum reliquis ut in Officio B. M. in sabbatho.

Capitulum. Ab initio. &c.

Hymnus. O Gloriosa, &c.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Ad Benedictus. Beata Maria, quæ credidisti, perficientur intenti, quæ dicta sunt tibi à Domino Alleluja.

Oratio. Concede quæsumus &c. ut sup. Et sit comm. Dom. occurr. Missa propria.

Ad Horas Antiphonæ, Capitula, & Responso-

ria brevia, ut in Officio B. Mariæ in Sabbatho.

Oratio, ut sup. Concede quæsumus, omnipotens Deus, &c.

In 2. Vesper. Omnia ut in 1.

Ad Magnificat.

Antiphon. Beata me dicent omnes generationes, quia ancilla humilis respexit Deus.

Oratio. Concede, ut supra. Et sit commem. de Dom.

In hoc Festo non fit Commemoratio de Octava B. V. & in 2. vesp. Nativitatis cadentibus in Sabbatho nulla de nomine Mariæ Commem. facienda est, & quando idem Festum occurrit in die Octava prædictæ Nativitatis Officium fit.

de Nomine B. M. V. absque Commemoratione Octavæ. Ita Sac. Rit. Cong. Die 15. Sept. 1685.

Die x. Septembris.

In Festo S. Nicolai de Tolentino Conf. ex semid. nunc duplex.

Die xviii. Septembris.

In Festo S. Thomæ de Villanova, Conf. Pont. Semidup. ad libitum.

Omnia de communi Confess. Pont. præter Antiphonas ad Magnificat & Benedictus, Orationem, & Lectiones secundi Nocturni.

In Hymno. Iste Confessor, 3. v. dic. Hac die latus meruit supremos laudis honores.

Ad Magnificat. Antiphon. in utrisque Vejperis.

Dispersit, dedit pauperibus: justitia ejus manet in seculum saeculi.

Oratio.

Deus, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiæ virtute decorasti: quæsumus, ut ejus intercessione in omnes, qui te deprecantur, divitias misericordiæ tuæ benignus effundas. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

Si venerit in Quartuor temp. in 1. Noct. leg. Lect. Fidelis sermo. de

Cont.

*Com. Conf. Pont. & 9.
Lect. de Hom. Fer. occur-
cum Commem. ad Lau-
des tantum.*

*In secundo Nocturno
Lectio IV.*

THOMAS in Oppido Fontisplani Toletanæ Diocesis in Hispania natus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octavo, ab optimis parentibus in cunte vita pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit: cuius adhuc puer complura dedit exempla; sed illud imprimis nobile, quod ut nudos operaret, proptijs vestibus non semel seipsum exuit. Exactâ pueritiâ, Compluto, quo missus fue-

rat ut litteris operam daret, patris obitu revocatus, universam hereditatem egenis virginibus alienis dividavit, codemque statim profectus est, ut curriculum Sacrae Theologiae conficeret: interim assiduis precibus scientiam Sanctorum, & rectam vitæ, morumque normam à Domino vehementissime postulans. Quare divino instinctu Eremitarum S. Augustini amplexus est institutum.

R. Inveni David,
&c. f. 18.

Lectio V.

Religionem profes-
sus, omnibus religiosi hominis virtu-

tious, & ornamentiſ excelluit, humilitate, patientiā, continentiā & ardentissima charitate summè conspicuis; inter varios, & assiduos labores orationi, rerūmque diuinarum meditationi invicto ſpiritu temper intentus. Prædicandi onus, ut potè fan-
timonia, & doctrina præstans, subire jussus, cœleſti alpi-
raente gratia, innume-
rabilis è vitiorum cœ-
no in viam ſalutis e-
duxit. Regendis de-
indè fratribus admo-
tus, prudentiam, & a-
quitatem, & mansue-
tudinem, pari feduli-
tate, ac ſeveritate
conjunxit; adeò ut
præficiam fui Ordinis di-

ciplinam multis in locis, vel firmaverit, vel restituerit.

R. Poſui adjuto-
rium, &c. f. 19.

Lectio VI.

Granatensis Ar-
chiepiscopus de-
signatus, mirâ hu-
litate, & constantiâ
inſigne munus rejecit.
Verùm non multò
poſt Valentinam Ec-
clesiam Superiorum
auctoritate coactus,
gubernandam fulcepit;
quam annis fermè un-
decim ita rexit, ut fan-
tissimi, & vigilantif-
simi Pastoris partes
expleverit. Cæterū
conluta vivendi ra-
tione nihil admodūm
immutatā, inexplicabi-
li charitati multò ma-
gis indulſit, cùm am-
plos

plos Ecclesiæ redditus in egenos dispergit, ne lectulo quidem sibi relicto; nam cūm, in quo decumbebat, cūm in cælum evocaretur, ab eodem commodatum habuit, cui paulò ante eleemosynæ loco donaverat. Obdormivit in Domino texto Idus Septembris, annos natus octo & sexaginta. Servi sui sanctitatem adhuc viventis, & exinde post mortem miraculis Deus testatam voluit, præsertim, cum horreum, frumento pauperibus distributo penitus vacuum, repente plenum inventum est: & cum ad ejus sepulchrum puer mor-

tuus duceretur, revixit. Quibus, aliisque non paucis fulgentem signis Alexander VII. Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit, atque ejus memoriam quarto decimo Calendas Octobris celebrari mandavit.

R. Iste est, &c. f. 20.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evang.

Homo peregrè proficilcens, ut in communi Confess. Pont.

Antiphona ad Benedictus.

Eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia Sanctorum.

Missa de comm. Conf.
Pont. Statuit ei Dominus. cum Oratione propria ut supra, & E-

*Vangelio, Homo per-
egré proficilens.*

Dic xix. Septembris.
*In Feste SS. Januarij
& Soc. MM. ex
semid. antiquo nunc
dup.*

Dic xx. Septembris.
*In Feste SS. Eustachij
& Soc. MM. dup.*

*Omnia, ut baben-
tur in Breviario, sea-
mutatoritu.*

Dic xxviii. Septembris
*In Feste S. Wenceslai
Ducis, & Martyris.
Semiduplex ad libi-
tum,*

*Omnia de communi-
unius Martyris, præter
Orationem, & Lectio-
nes secundi Nocturni.*

Oratio.

Deus, qui Beatum
Wenceslaum
per Martyrij palmanam
terrene Principatu ad
Cœlestem gloriam
transtulisti: ejus preci-
osus nos ab omni ad-
versitate custodi, & e-
juide in tribue gaudie-
re confortio. Per Do-
minum nostrum, &c.

In primo Nocturno.

*Lectio de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Wenceslaus Bo-
hemiæ Dux,
Wladislao patre Chri-
stiano, Drahomira
matre gentili natus,
ab avia Ludmilla fœ-
mina Sanctissima piè
educatus, omni vir-
tutum genere insignis
fum-

summo studio virginitatem per omnem vitam servavit illibatam: Mater per nefariam Ludmillæ necem Regni administrationem assecuta, impiè cum juniore filio Boleslao vivens, concitavit in se Procerum indignationem; quare tyranici, & impij regimini pertæsi, utriusque excusso jugo, Wenceslaum in Vrbe Pragensi Regem salutauit.

R. Honestum fecit,
&c. f. 3.

Lectio V.

Ille regnum pietate magis, quam imperio regens, orphanis, viduis, egenis tanta charitate subvenit, ut proprijs humeris ali-

quando ligna indigentibus noctu comportârit, pauperibus humandis frequenter adfuerit, captivos liberârit, carceribus detentos nocte intempestante visitarit, penitentijs, & consilio saepissime contolatus: Miti animo Princeps vehementer dolebat, quempiam, et si reum, morti adjudicari. Summa Religione Sacerdotes veneratus, suis manibus triticum ferrebat, & vinum exprimebat, quibus in Missæ Sacrificio ute- rentur; nocte nudis pedibus super nivem, & glaciem circuibat Ecclesiæ, sanguinca, & terram calefacientia post se relinquebat.

vengia. R. Desiderium animæ, &c. f. 4.

Lectio VI.

ANgelos habuit suis corporis custodes; cum enim ad singulare certamen adversus Radislauum, Ducem Cutimentem, eo fine accederet, ut suorum saluti propiperet, visi sunt Angeli arma ministrasse, & dixisse Adversario, Ne ferias: perterritus hostis venerabundus procidens veniam exoravit. Cum in Germaniam profectus esset, Imperator, conspectis duobus Angelis, aurea cruce ad se accendentem ornantibus, è solio prosiliens brachijs excepit, Regijs insignibus de-

coravit, eique sancti Viti brachium donavit. Nihilominus impius frater, matre hortante, convivio exceptum, & posteà in Ecclesia orantem, paratæ sibi mortis prælicum, exhibitis ecclesis comitibus, interfecit. Sanguis per parietes alperius adhuc conspicitur; & Deo vindice, matrem inhumanam terra absorbut; Interfectores varijs modis miserè perierunt.

R. Stola jucunditas, &c. f. 5.

In tertio Nocturno

Evangelium. Si quis vult post me venire, &c. Homilia S. Gregorij Papæ, ut in communione Martyris.

Mis.

Missa In virtute tua
Domine, &c. Exco-
dem comm. Oratio ut
suprà, & Evangel. Si
quis vult post me ve-

nire, de comm. Mart.
non Pont. Vesp. de S. Michaeli
Archangelo sine com-
mem. S. Wenceslai.

FESTA OCTOBRIS.

Die I. Octobris.

In Feste S. Remigij Episc. & Conf. Jemidup.
ad libitum

Omnia de communi
Confessoris Pontificis,
præterea, quæ hic ba-
bentur.

In Hym. Iste Con-
fessor, dicatur: Hac
die latus meruit lu-
premos laudis hono-
res.

Oratio.

DA quæsumus o-
mni potens Deus:
ut Beati Remigij Con-
fessoris tui atque Pon-
tificis veneranda so-

lemittas, & devotio-
nem nobis augeat, &
salutem. Per Domi-
num nostrum, &c.

In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno
Lectio IV.

Remigius Episco-
pus Rhemensis. &c.
ut habetur in Brevia-
rio.

Lectio V. & VI.
Sermo S. Maximii Epi-
co-

Scopi. Ad S. ac Beatisimi Patris &c. ut in com Conf. Pont. i. loco.

In tertio Nocturno.

Homil. S. Gregorij Papæ in Evang. Homo peregrè. de communi Confessor. Pontificis primo loco.

Missa. Statuite ei Dominus.

Die vi. Octobris.

In Feste S. Brunonis Confess. duplex.

Omnia ut habentur in Breviario, sed ritu duplice.

Dic xiii. Octobris.

In Feste S. Eduardi Regis Conf. semidup.

Omnia de Com. Conf. non Pontificis, exceptis Lectionibus secundi Nocturni, & Oratione.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur. mer. supremos.

Oratio.

Deus, qui beatum Regem Eduardum Confessorem tuum æternitatis gloria coronaisti; fac nos quæsumus ita cum venerari in terris, ut cum eo regnare possimus in Cœlis. Per Dominum nostrum. &c.

Lect. in i. Noct. de Script. occurr.

In secundo Nocturno

Lectio. IV.

Edwardus, cognomento Confessor, nepos S. Eduardi Regis & Martyris, Anglo-Saxonum Regum ultimus (quem futurum Regem Brittual-

thualdo viro sanctissimo in mentis excelsu Dominus demonstravit) decennis à Danni Angliam vastantibus quæsitus ad necem , exulare cogitur apud Avunculum Normaniæ Ducem ; ubi in medijs vitorum illecebris talerū se exhibuit integritate vitae , morumque innocentia , ut omnibus admirationi esset . Eluxit in eo , vel tum , mira pietas in Deum , ac res Divinas , sicutque ingenio mitissimo , atque ab omni dominandi cupiditate alieno ; cuius ea vox fertur , malle se Regno carere , quod sine cæde , & sanguine obtineri non possit .

R. Honestum fecit ,
&c. f. 22.

Lectio V.

Extinguis mox Tyrannis , qui fratribus suis vitam , & Regnum eripuerant , revocatur in Patriam ; ubi summis omnium votis , & gratulacione Regno potitus , ad hostilium irarum delenda vestigia totum se convertit , à lacris exorsus ac Divorum Templis : quorum alia à fundamentis erexit , alia refecit , auxitque redditibus , ac privilegijs ; in eam curam potissimum intentus , ut restoreret collapia Religio . Ab aulæ proceribus compultum ad nuptias constans est alter-

seratio scriptoruni cūm
virgine sponsa virginitatem in matrimonio servasse. Tantus
in eo fuit in Christum
amor, & fides, ut illum aliquando inter
Missarum solemnia videre meruerit bland
vultu, & divina luce
fulgentem. Ob profusa
charitatem, or
phanorum & egenorum pater passim dicebatur, nunquam laetior, quam cū Regis thelauros exhausisset in pauperes.

*Be. Amavit eum,
&c. f. 23.*

Lectione VI.

Prophetiae dono il
lustris, de Anglia
futuro statu multa cœ
litus prævidit; & il
Jud imprimis memo-

rabile, quod Sweyni
Dannorum Regis in
mare demersi mortem, dum Angliam
invadendi animo classem
concederet, eodem quo accidit mo
mento, divinitus intellexit. Joannem
Evangelistam misericordie
coluit, nihil cuiquam,
quod ejus nomine pe
teretur, negare soli
tus. Cui olim tub
lacera veste suo no
mine stipem roganti,
cūn nummi deessent,
detraictum ex dígitu
annulum porrexit,
quem Divus non ita
multò post Eduardο
remisit, unā cum
nuntio secuturæ mortis. Quare Rex, indi
cis pro le precipibus,
ipso ab Evangelista
præ-

prædicto die, piissimè
obiit nonis videlicet
Januarij, anno salutis
millesimo sexagesimo
sesto, quem sequenti
saeculo, Alexander III.
Pontifex Maximus
miraculis clarum,
Sanctorum fastis ad-
scripsit. At ejus me-
moriā Innocentius
XI. Officio publico
per universam Eccle-
siā eo die celebrari
præcepit, quo annis
ab obitu sex & trigin-
ta translatum ejus cor-
pus incorruptum, &
suavem spirans odo-
rem repertum est.

Iste homo, &c. f. 24.

In tertio Nocturno.

Hom. S. Gregorij Pap.
in Evang. Sint lumbi
vestri. ut in Com. Conf.
non Pont.

Missa. Os justi. I.
locō de com. Conf. non
Pont. Oratio propria.

Die xv. Octobris.

In Festo S: Theresiae
Virg. Off. ex semidup.
nunc duplex.

Die xvij. Octobris.

In Festo S. Hedvīgis
Viduæ Reginæ Polo-
niæ. semiduplex ad li-
bitum.

Omnia de communi
non Virg. præter ea, qua
sequuntur.

Oratio.

Exaudi nos Deus
salutaris noster, ut
sicut de Beata Hedwi-
gi festivitate gaudemus:
ita piæ devotionis
erudiamur affe-
ctu. Per Dominum
nostrum, &c.

In

In secundo Nocturno.

Lectio IV.

Hedwigis Regijs clara natalibus, innocentia tamen vita longe clarior, sanctae Elisabethae filiae Regis Hungariæ martyris, Bertoldi, & Agnetis Moraviae Marchionum filia, animi ab ineunte ætate moderationem protulit; adhuc enim puellula puerilibus abstinuit: & duodennis Henrico Poloniæ Ducis à parentibus nuptui tradita, thalami fide sancte servata, prolem inde susceptam in Dei timore eruditivit. Ut autem commodius Deo vacaret, ex pari voto, & contentu unanimi ad separatio-

nem thori virum induxit; quo defuncto, ipsa in Monasterio Trebnicensi, Deo, quem assiduis precibus exoraverat, in ipso rante, Cisterciensem devota sumpsit habitum; in cōque contemplationi intenta, divinis Officijs, & Missarum solemnis à solis ortu ad meridiem usque assidua assistens, antiquum humani generis hostem fortis contempsit.

R. Propter veritatem, &c.

Lectio V.

Sæculi autem commercia, ni divina, vel animarum salutem attingerent, audi re vel loqui non sustinuit: prudentia in agen-

gendific sic emicuit, ut neque excessus esset in modo, nec error in ordine, comis alioqui, & manueta in proximum. Grandem autem de te triumphum jejunijs, & vigilijs, vestimentaque asperitate, austera carnem mactrans, reportavit: hinc sublimioribus florens virtutibus Christianis, consiliorum gravitate, animique candore, & quiete in eximium Religioꝝ pietatis evasit exemplar: omnibus se ultrò subiace, atque viliora præ cæteris monialibus alacriter munia subire, pauperibus etiam flexo genu ministrare leprosorum pedes abluere, & osculare ipsi

familiare erat, neque illorum ulceræ sanie manantia, sui victrix, abhorruit.

R. Dilexisti justitiam, &c.

Lection VI.

Mira fuit ejus patientia, animique constantia; præcipue verò in morte Henrici Ducis Silesiæ (quem maternè diligebat) Filij in bello à Tartaris cæsi enituit; potius enim gratias Deo, quam filio lachrymas reddidit. Miraculorum denique gloria percrebuit: puerum enim demersum, & molendini rotis allatum, & prosus attritum, invocata vita restituit, aliisque præstítit, ut ritè iis

Clemens IV. probatis, Sanctorum numero eam ad scripserit, e-jusque festum in Polonia, ubi præcipua veneratione uti Patrona colitur, die decima quinta Octobris celebrari concesserit; quod deinde ut decima (ep-tima in tota Ecclesia fieret, Innocentius Undecimus ampliavit

R. Fallax gratia, &c.

In tertio Noct.

Homil. S. Gregorij Papæ in Evangel. Si-mile est Regnum Cœlorum thesauro. *ut in eodem communi.*

Missa. Cognovi, &c.

Die xix. Octobris.

In Fæsto S. Petri de Alcantara Confess.
semiduplex.

Omnia de comm.
Conf. non Post. præter
sequentia.

Ad Hym. Iste Con-
fessor, &c. dicatur.
v. Hac die latus me-
tuit supremos laudis
honores.

Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Confes-
torem tuum admirabilis poenitentiæ, & al-
tißimæ contemplatio-
nis munere illustrare
dignatus es: da nobis
quæsumus, ut eius
suffragantibus meritis
carne mortificati fa-
cilius cœlestia capia-
mus. Per Dominum
nostrum, &c.

In primo Nocturno.
*Lectiones de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno
Le-

Lectio IV.

Petrus Alcantaræ in Hispania nobilibus parentibus natus, à teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit. Decimo sexto ætatis anno Ordinem Minorum ingressus, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Tum munus Concionatoris ex obedi- entia exereens, innu- meros à vitijs ad veram poenitentiam tra- duxit. Primævum Sancti Francisci Institutum exactissimè re- parare cupiens, ope di- vina fretus, & Aposto- lica munitus auctori- tate, angustissimum, & pauperrimum cœ- nobium juxta Pedro- sum fundavit; quod velut oraculum con-

vitæ genus alperri- mum ibi feliciter cœ- ptum per diversas His- panæ Provincias us- que ad Indias mirifice propagatum fuit. S. Theresiæ, cuius pro- baverat spiritum, in promovenda Carmelitartim reformatione adjutor fuit. Ipsa au- tem à Deo edocta, quod Petri nomine nihil quisquam pete- ret, quin protinus ex- audiretur, ejus preci- bus se commendare, & ipsum adhuc vi- ventem Sanctum ap- pellare consuevit.

R. Honestum fecit,
&c.f.22.

Lectio V.

Principum obse- quia, qui ipsum

sulebant, summā humilitate declinans, Carolo Quinto Imperatori à Confessionibus esse reculavit. Paupertatis rigidissimus custos unā tunicā, quā nulla deterior eliset, contentus erat. Puritatem ita coluit, ut à fratre, in extremo morbo sibi inserviente, nec leviter quidem tangi passus sit. Corpus suum perpetuis vigilijs, jejunijis, flagellis, frigore, nuditate, atque omni genere asperitatum in servitatem rededit, cum quo pactum inierat, ne ullam in hoc saeculo ei requiem præberet. Charitas Dei, & proximi in ejus corde diffusa tantum quando-

que excitabat incendium, ut è cellæ angustijs in apertum cam pum profilire, aërisque refrigerio conceptum ardorem temperare cogeretur.

R. Amavit cum, &c. f. 23.

Lectione VI.

Gratia contemplationis admirabilis in eo fuit, quā cum assiduè spiritus reficeretur, interdum accidit, ut ab omni cibo, & potu pluribus diebus abstinuerit. In aëra frequenter sublatus, miro fulgorre coruscare vitus est. Rapidos fluvios sicco pede trajecit. Fratres in extrema penuria cælitùs delatâ alimoniam cibavit. Bamo-

culus ab ipso terræ defixus, mox in viridem ficulneam excrevit. Cùm noctu iter age-ret, densâ nive cadente, dirutam domum sine tecto ingressus est, eique nix in aëre pendula pro tecto fuit, ne illius copia suffocaretur. Dono prophetiæ, ac discretionis Spiritum imbutum fuisse, Sancta Theresia testatur. Denique annum agens sexagesimum tertium, horâ, quâ prædixerat, migravit ad Domum, mirabilí visione, Sanctorumque præsentia confortatus. Quem eodem momento in cœlum ferri, Beata Teresia procul distans vidit; cui postea apparetis

dixit: O felix pœnitentia, quæ tantam mihi promeruit gloriam! Post mortem verò plurimis miraculis claruit, & à Clemente IX. Sanctorum numero adscriptus est B. Iste homo, &c. f. 24.

In tertio Nocturno.

Evang. Nolite timere pusillus gress. ut in comm. Conf. non Pont.

Missa. Justus ut palma florebit. de communi Conf. non Pont. cum prima Oratione propria.

Epistola. Fratres, quæ mihi fuerunt lucra, &c. quæ habetur in Missali, post Postcommunionem ejusdem Missæ; & *Evang.* Nolite timere pusillus, &c.

Die xxi. Octobris.
*In Festo SS. Ursulae
& Sociarum Virg. &
Mart. duplex.*

Ad Vesperas.

Antiph. Hæc est Virgo sapiens, cum reliquis de Commun. Virg. Antiph. ad Magnif. in utrisque vesp. Prudentes Virgines.

V. Adducentur.

Orat. Da nobis quæsumus. ex eodem Commun.

Et fit Commem. S. Hilarionis Abb.

*In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
ocurrente.*

*In secundo Nocturno
Lectio. IV.*

*G*ratiano Imperatore, Flavius Clemens Maximus

Romani exercitus in Britania Dux, arrepta tyrannide, Imperator à militibus acclamat. Inde copias in Gallias transmittens, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Imperium sibi corroborat. Cumque Armoricanorum uberem Regionem ejectis antiquis habitatoribus, Britanicis militibus, quos secum duxerat, divisisset, quo novas Colonias propagaret in posteros: Connani Britannici Reguli, quem Brittanorum Ducem habebat in exercitu, consilio, misa legatione in Britanniam, singulis militibus novis colonis, singulas virgines con-

jugio iöederandas postulat.

R. Propter veritatem.

Lectio V.

HAUD vita Britan-
niæ Regulis ab-
Iurda petitio : unde
in gratiam novi Imper-
atoris, & quod filias
suas nonnisi gentili-
bus suis, ijsque dona-
tis novâ Provincia
prædivitibus, honestissimè collocandas sci-
rent, pro numero mi-
litum, totidem dele-
ctæ lunt Virgines, o-
mnes numero unde-
cim mille, quarum
Princeps erat Vr-
sula Dionoci Cor-
nubiæ Regis filia, de-
sponsata Connano
Duci Britannorum
militum in exercitu

Maximi. Cunctæ i-
gitur Londini colle-
ctæ , impositæ sunt
invitæ navigijs , Sol-
ventes nautæ , dum
Armoricanorum Regio-
nem cogitant, à lœva
procella in Germani-
cum litus deiçiuntur.

R. Dilexisti.

Lectio VI.

CONTIGIT adesse
tunc ibi Hunno-
rum copias , quas à
Gratiano Imperatore
adversus Maximum e-
vocatas ferunt. Nacti
igitur Barbari præcla-
rum illud Virginum
agmen, impudenti li-
bidinis æstu furentes,
in eas irruunt. Sed
cum hortante Vrslula,
mortem potius oppre-
tere , quam Virginei
pudoris jacturam pati,

invicto animi vigore
decrevissent. Hunni in
rabiem immanitatis
conversi ad unam o-
mnes trucidant. Sicq;
Vtula super comitum
suarum, velut cælestium
margaritarum pretio-
sum accervum glorio-
sa victima procumbens,
purpura pro Christo fusi sanguinis
decorata, triumpha-
torem tot Virginum
exercitum, geminis
nempe Virginitatis &
Martyrij laureis insig-
nem ducens, cælum
victrix intravit. Qua-
rum corpora coloni-
entes summo honore
condiderunt: earum-
que illustrem agonem
Christianus orbis flo-
renti semper memo-
ria celebrat.

R. Afferentur.

In tertio Noct.

Homilia in Evangel.

Simile est Regnum
cœlorum decem vir-
ginibus. *de com. Virg.*

Pro S. Hilarione Abba-
te.

Lectio IX.

Hilarion ortus Ta-
bathæ. *ut in Bruiar.* &
com. ejusdem in Laud.

Missa. Me expecta-
verunt. *Epist.* De Vir-
ginibus præceptum
Dom. &c. *Evang.* de
decem Virgin. &c. Ora-
tio *ut supra.*

Die xxxi. Octobris.

In Festo S. Wolfgangi Ep. & Conf. dup.
pro tota Germania.

Omnia de comm.
Conf. Pont. præter Orat.
& Lect. secundi Noct.

Oratio.

Deus, qui nobis æternæ salutis Beatum Wolfgangum Episcopum & ministruin tribuisti; præsta quæsumus, ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum, &c.

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

Wolfgangus nobili in Sucvia genere prognatus rerum exterarum fuit, & sui contemptor egregius, solum ex animo Deum quærcens, honores amplissimos ab Henrico Treviren-

sium Episcopo sibi oblatos recusavit, illoque demortuo, pollicitationibus aliorum contemptis, monastical tandem vitam, cuius semper desiderio flagraverat, est amplexus. Sacris Ordinibus à Beato Vdalrico initiatus, cum in Pannoniam, prædicandi Evangelij causa, se prius contulisset, propter conjunctam in eo eximia cum pietate prudentiam, Ottonis Imperatoris studio, totiusque Clerici, & populi acclamatione, Ecclesiarum Ratisbonensi ritè præficiatur.

R. Inveni David,
&c. f. 18.

Lectio V.

SVicepto Episcopatus munere, regem Domini Verbo pavit, & exemplo, sanctissimique Ecclesiam temperavit institutis. Monasterio S. Emmetrami, quod jam diu Episcopi administraverant, restitutis preventibus, magno illius bono insignem virum Ramuoldum præposuit. Sanctimonialium Cœnobium quod ipse fundaverat, tam sancte instituit, ut collapta in alijs disciplina, ex exemplo sit facilè restaurata: novoque pietatis odo re capta Brigida, Bavariae Ducis filia, Sponsa Christum secuta, ad sacras sc̄ Virgines

aggregavit. Bohemis, quo ampliora apud illos fides incrementa caperet, contemptuæ Ecclesiæ detrimento, rejectis aliorum consilijs, proprium dari Episcopum libentissime permisit.

R. Posui adjutorium, &c. f. 19.

Lectio VI.

EGregiam viri Sanctitatem comprobarunt energumeni, & varijs languoribus oppressi, quos precatio ne sanavit. Divino afflatus instinctu, sanctum Henricum Imperatorem regnaturum, fratrem ipsius Brunonem ad Episcopatum promotum iri, e sororibus alteram Reginam, Abbatissam

al-

alteram fore prædixit. Denique cùm viginti & amplius annis in seduli Pastoris munere peractis, extremum sibi diem imminere intelligeret, quæ ex usitatata liberalitate supererant, per manus pauperum præmisit, faciatque Evcharistia viatico præmunitus in Sancti Othmari æde, uti divinitus antea futurum acceperat, sanctissimam vitam pari morte con-

cuisit, Ratisbonæ in templo Sancti Emmerami sepultus.

R. Iste est, &c. f. 20.

In tertio Nocturno.

Homil. in Evang. Vigilate, quia nescitis: de eodem communi.

Nona Lectio de Homil. Vigiliae omnium Sanctorum, cuius etiam fit comm. in Laudibus.

Missa. Sacerdotes cum com. & ult. Evang. Vig.

In secundis Vepperis totum de sequenti, nihil de præcedenti.

FESTA NOVEMBRIS.

Die IV. Novembris.

In Feste S. Caroli Episcopi & Conf. ex semid. antiq. nunnc duplex.

Die xiii. Novembris.

In Feste S. Didaci Conf. Semiduplex.

Omnia de Comm. Confess. non Pont. exceptis ijs, quæ habentur in fr.

N 5

Cra-

Oratio.

OMnipotens semperne Deus, qui dispositione mirabili infirma mundi eligis, ut fortia quæque confundas: concede propitiis, humilitati nostræ, ut pijs Beati Didaci Confessoris tui precibus ad perennem in cælis gloriam sublimari mereamur. Per Dominum nostrum, &c.

Lect. in primo Noct. de scriptura occurrente.

In secundo Nocturno

Lectio IV.

DIdacus Hispanus ex Oppido S. Nicolai de Portu Dicecisis Hispalensis, ab ineunte ætate, pij sub Sacerdotis disciplina sanctioris vitæ, solita-

ria in Ecclesia tyrocinium exercuit. Deinde ut firmius D E Oic coniungeret, in Conventu de Arizzafa Fratrum Minorum (quos Observantes vocant) Sancti Francisci Regulam in statu Laicali professus est. Magna ibi alacritate humilis obedientiæ, & regularis observantiæ jucum tubiens, contemplationi imprimis deditus, mira Dei luce perfundebatur, adeò ut de rebus cælestibus litterarum expers, mirandum in modum, & planè divinitus loqueretur.

R. Honestum &c.f.22.

Lectio V.

CAnarijs in Insulis Cubi fratribus sui
Or.

Ordnis præfuit, multa
perpessus, martyrij æ-
stuans desiderio, plu-
res infideles verbo, &
exemplo ad Christi fi-
dem convertit. Ro-
mam veniens anno Ju-
bilæi, Nicolao Quinto
Pontifice, ægrotorum
curæ in conventu A.
ræ Cœli destinatus,
eo charitatis affectu
munus hoc exercuit,
ut Vrbe Annonæ in-
opia laborante, ægro-
tis tamen, quorum
aliquando ulcera et-
jam lambendo abster-
gebat, nihil penitus
necessarij defecerit. E-
ximia quoque fides, &
gratia curationum in
eo cluxit, cum lampa-
dis, quæ collucebat
ante imaginem Beati-
simæ DEI Genitricis,

quam summa devo-
tione colebat, oleo
ægros iungens, signo
Crucis impresso, mul-
torum morbos mira-
bilem sanaverit.

R. Amavit, &c. f. 23.

Lectione VI.

Demum compluti
finem sibi vitæ
adesse intelligens lace-
ra, & obsoleta indu-
tus tunica, conjectis
in Crucem oculis, sin-
gulari devotione his
verbis ex sacro Hym-
no pronunciatis: Dul-
ce lignum, dulces cla-
vos, dulcia ferens pon-
dera; quæ fuisti digna
portare Regem Cœ-
lorum, & Dominum,
animam Deo reddi-
dit, pridiè Idus No-
vembris, anno Domini
ni supra millesimum
qua-

quadringentesimo et
xagesimo tertio. Ejus
corpus cum menses
non paucos (ut pio
confluentium deside-
rio fieret satis) inter-
pultum mansisset ,
quasi jam incorrup-
tionem induerit , o-
dorem suavissimum
efflavit. Illum multis,
& illustribus miracu-
lis clarum Sixtus Quin-
tus Pontifex Maximus
Sanctorum numero adscriptus.

R. Iste homo. f. 24.

In tertio Nocturno

Hom. in Evang. Nolite
timere pusillus gress.
ut in com. Conf. non Pont.
Missa. Iustus ut palma
de com. Conf. non Pont.

Dic xix. Novembri.

In Festo S. Elizabe-

*thæ Reginæ viuæ ,
Duplex.*

*Omnia de Communi
Sanctorum nec Virgi-
num , nec Martyrum ,
præterea , quæ hic ba-
bentur.*

Oratio

Torum corda fi-
delium Deus mi-
tator illustra ; & B.
Elisabeth precibus
gloriosis fac nos pro-
spera mundi despicer
& cœlesti temper con-
solatione gaudere.
Per Dominum no-
strum , &c.

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptu-
ra occurrente.*

In secundo Nocturno

Lectio IV.

Elisabeth Andreæ
Regis Hungariæ
filia,

filia, ab infantia Deum timere cœpit; & crescens ætate, crevit etiam pietate. Ludovico Landgravio Hassæ, & Thuringiæ in conjugem copulata, non minori cura, quæ Dei, quam quæ viri sui erant, exequebatur. Surgens enim nocturno tempore Orationi diu incumbebat: ac varijs misericordiæ officijs dedita, Viduis, Pupillis, ægrotis, egentibus sedulò inserviebat, gravique fame urgente Domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens manus eorum, & pedes osculabatur. Cstrandis autem, & alen- dis pauperibus insi-

gac Xenodochium construxit.

R. Propter veritatem, &c.

Lectio V.

DEfuncto Coniuge, ut Deo liberiùs serviret, depositis omnibus sæcularis gloriæ indumentis, vili tunica induita est, atque Ordinem Pœnitentium Sancti Francisci ingressa, patientiæ & humilitatis virtute maximè enituit. Nam bonis omnibus exuta, à proprijs ædibus ejelta, ab omnibus derelicta contumelias, irri- siones, obtrectatio- nes invicto animo to- leravit; adeò ut sum- moperè gauderet, se talia pro Deo pati. Ad infima quæque mini- stc.

steria erga pauperes, & Ægrotos se abjiciens eis necessaria procurabat, solis oleribus, & leguminisibus pro suo victu contenta.

R. Dilexisti justitiam, &c.

Lectio VI.

CVM vero in his, aliquique plurimis sanctis operibus vitam religiosissime transgisset!, finis tandem sua peregrinationis advenit, quem domesticis suis ante praedixit. Cumque defixis in Coelum oculis divinis contemplationi vacaret, a Deo mirabiliter recreata, & Sacramentis refecta obdormivit in Domino. Statimque plurima ad ejus tumulum mira-

cula patrata sunt. Quibus auditis, & ritè probatis, Gregorius IX. Sanctorum numero eam adiopsis.

R. Fallax gratia, &c.

In tertio Nocturno

Hom. S. Gregorij Patriæ in Evang. Simile est Regnum Cœlorum thesauro. ut in com. non Virg. & 9. Lectio de S. Pontiano, & com. eiusdem in Laud.

Missa. Cognovi. cum Oratione propria.

Die xx. Novembris.

In Festo S. Felicis de Valois Confess. duplex.

Omnia de communione Confess. non Pont. præterea, quæ bic sequuntur.

In secundis Vesperis

S.E.

S. Elizabethæ fit à Capit. de S. Felice , cum Commemor. S. Elizabethæ.

In Hymno; Iste Confessor dicatur : Hac die laetus meruit supremos laudis honores.

Oratio.

Deus, qui beatum Felicem Confessorem tuum ex eremo ad munus redimendi captivos cœlitùs voca redignatus es : præsta quæsumus, ut per gratiam tuam ex peccatorum captivitate, eius intercessione liberati, ad cœlestem patriam perducamur. Per Dominum nostrum, &c.

Deinde fit Commemor. S. Elisabethæ.

Antiph. Manum tuam.

v. Diffusa est gratia in labijs tuis.

R. Propterea benedixit te Deus in æternum.

Oratio ut supra.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lection IV.

Elix, Hugo antea dictus, ex Regali Valesiorum familia ortus in Gallia, ab ingente ætate non levia dedit futuræ sanctitatis indicia, præsertim misericordiæ erga pauperes; nam adhuc infantulus manu propria, ac si grandior esset, & judicij maturitate polleret, numeros

ege-

egenis distribuit. Jam grandiusculus, solebat ex appositis in mēsa dapibus ad ipsos mittere, & fermè eo, quod lapidius erat, oblonio pauperculos pueros recreabat. Adolescens non temel vestibus se spoliavit, ut inopes cooperiret. Ab Avunculo Theobaldo Campaniæ, & Blesij Comite vitam reo mortis impetravit, prædicens, hunc infamem haec tenus sacerdium, mox sanctissimis præditum moribus evalsurum: veridicum testimonium monstravit eventus.

&c. Honestum fecit,
&c. f. 22.

Lectione V.

Post exactam laudabiliter adolescentiam cœpit ex cœlestis contemplationis studio solitudinem cogitare, prius tamen voluit tacris initiari, ut omnem Regni, à cuius successione, jure Legis Salicæ, non longè distabat, spem sibi præcideret, Sacerdos factus, & prima Missa devotissimè celebrata, non multò post in eremum lecelit, ubi summa abstinentia vicitans cœlestium charismatum abundantia paſcebatur. Ibi cum Sancto Joanne de Matthia Parisiensi Doctore, à quo ex divina inspiratione quæsitus, & inventus per aliquot annos fan-

ctil-

etissimè vixit, donec ambo per Angelum à Deo admoniti Romam petierunt, specialem à Summo Pontifice vivendi regulam impetraturi. Facta igitur Innocentio Papæ Tertio inter Missarum Iolemnia revelatione Religionis & Instituti de redimendis captivis, ab ipso Pontifice, simul cum socio, candidis vestibus bicolori Cruce signatis induitur, ad eam formam, qua Angelus indutus apparuit; & insuper vocavit Pontifex, ut nova Religio juxta triplicem colorem, quo habitus constat, sanctissimæ Trinitatis titulo decoraretur.

R. Amavit cum, &c.
f. 23.

Lectione VI.

Regulâ propriâ ex Summi Pontificis Innocentij confirmatione acceptâ, in Diœcesi Meldensi apud locum, qui Cervus Frigidus dicitur, primum Ordinis paulò antè facta, & loco extructum Cœnobium ampliavit; ubi Religiolas Oblivantiam, & Redemptoristis Institutum mirificè coluit; ac inde per alumnos in alias Provincias diligentissimè propagavit. Illustrem hic à Beata Virgine Matre favorem accepit; dormientibus siquidem cunctis fratribus, & ad matutinas preces in pervigili-

gilio Nativitatis Dei-paræ mediâ nocte re-citandas, Deo sic di-sponente, non surgen-tibus, Felix de more vigilans, & horas præ-veniens, chorum in-gressus reperit Beatam Virginem in medio chori habitu Crucis Ordinis insignito in-dutam, ac Cœlitibus similiter indutis socia-tam. Quibus per-mixtus Felix, præci-nente Deipara, Lau-des Divinas concinuit, ritéque perolvit. Ei quasi jam à terrestr ad Cœlestem Chorun evocaretur, instanti mortis ab Angelo cer-tior factus, filios ad charitatem erga pau-peres, & captivos ad-hortans, animam Deo

reddidit, ætate ac me-ritis coniunctus, anno post Christum natum ducentesimo duodecimo suprà mil-leſimum, sub eodem Pontifice Innocentio Tertio.

R. Iste homo. f. 24.

In tertio Nocturno.

Homilia Venerab. Be-dæ Presbyteri, in E-vangel. Nolite timere pusillus grec, &c. ut in Communi Confessorū non Pontificis. Vesp. de Præsentatione B. Ma-riæ Virginis, cum Com-memorat. S. Felicis.

Missæ. Iustus ut palma.

Die xxii. Novembris.

In Festo S. Cæciliæ V. & M.

Om. ut in Brev. jed ritu dup.

FESTA DECEMBRIS.

Die III. Decembris.

*In Festo S. Francisci Xaverij Confessoris
Duplex.*

*Omnia de Communi
Confessoris non Pontifi-
cis, præter Orationem,
& Lectiones secundi, ac
tertij Nocturni.*

*In Hymno ad Matu-
tinum, & in 2. vesp-
eris mutatur tertius Ver-
sus.*

Oratio
Deus, qui India-
rum gentes Beati
Francisci prædicatio-
ne & miraculis Eccle-
siæ tuæ aggregare vo-
luisti: concde pro-
pitius; ut cuius glorio-
sa merita veneramur,
virtutum quoque imi-
temur exempla. Per
Dominum, &c.

Deinde fit Commemor.

S. Bibiana, & feria.

In primo Nocturno.

*Lectiones de Scriptura
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectione. IV.

Franciscus in Xa-
verio Diœcesis
Pompeilonensis nobi-
libus Parentibus na-
tus, Parisijs Sancto I-
gnatio tele comitcm,
& discipulum junxit.
Ipso magistro eò bre-
vi devenit, ut in re-
rum divinarum con-
templatione desixns,
à terra aliquando sub-

ijli sacrificanti coram populi multitudine aliquoties evenit. Has animi delicias magnis sui corporis cruciatis merebatur. Nam interdicto sibi, non carnis solum & vini, sed panis quoque triticei usu, vilibus cibis veisci solitus, per biduum subinde triduumque omni prorius alimento abstinuit. Ferreis in le flagellis ita saeviit, ut saepè copiose cruentus diffueret: somnum brevissimum humi jacens carpebat.

R. Honestum fecit,
&c.f.22.

Lectio V.

VItæ austestate, ac sanctitate Apostolico muneri jam

maturus, cum joan- nes Tertius Lusitanæ Rex aliquot nascentis Societatis viros à Paulo Tertio pro Indijs postulasset; Sancti Ignatij hortatu, ab eodem Pontifice ad tantum opus cum Apostolici Nuntij potestate deligitur. Eò appellatus, illicò variarum Gentium difficilimis & varijs linguis divinitus instructus apparuit. Quin cum quandoque unico idiomate ad diversas Gentes concionantem, unaquaquæ suâ linguâ loquentem audivit. Provincias innumeratas pedibus semper, & saepè nudis peragravit. Fidem Japanicæ, & tex alijs Re-

gionibus invexit. Multa centena hominum millia ad Christum in Indijs convertit; magnosque Principes, Regesque complures facro Fonte expiavit. Et cum tam magna pro Deo ageret, ea erat humilitate, ut Sancto Ignatio, tunc Praepositu suo, flexis genibus scriberet.

R. Amavit eum,
&c. f. 23.

Lectio VI.

HVNC dilatandi Evangelij ardorem, multitudine & excellentiam miraculorum Dominus roboravit. Cæco visum reddidit. Tantum marinæ aquæ signo crucis convertit in dulcem, quantum quin-

gentis vectoribus, qui siti adigebantur ad mortem, diu suffecit: quâ in varias quoque regiones alportata, æ gri plurimi subito curati sunt. Plures mortuos revocavit ad vitam; inter quos pridiē sepultum erui jutum è tumulo suscitatuit, duosque alios, dum efferrarentur, apprehensa eoruin manu, Parentibus è retro vivos restituit. Prophetiæ spiritu paſsim afflatus, plurima & loco, & tempore remotissima enuntiavit. Demum in Sinciano Sinarum insula die secunda Decembris obiit plenus meritis, laboribusque consecutus. Demortui

cadaver viva calce per multos mentes bis obratum, sed penitus incorruptum, odore & sanguine manavit; & ubi Malacam delatum est, pestem saevissimam confessim extinxit. Denique ubique terrarum novis maximisque fulgentem miraculis, Gregorius decimus quintus Sanctis adscripsit.

R. *Iste homo, &c. f. 24.*

In tertio Nocturno

Lectio S. Evangelij secundum Marcum.

Cap. 16.

Lectio VII.

IN illo tempore: dixit Iesus discipulis suis: Euntes in mundum universum praedicate Evangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Homilia S. Gregorij Papæ.

Homilia 29. in Evangelio post initium.

Potest omnis creaturæ nomine omnis nationis Gentium designari. Ante etenim dictum fuerat, in viam gentium ne abierratis; nunc autem dicitur, Prædicate omni creaturæ: ut scilicet prius à Iudea Apostolorum repulsa prædicatione tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis tuae testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad prædicandum veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? & pauca grana mittit in terrine, ut multa.

rum

rum mesium fruges recipiat ex nostra fide.

R. Iste est, &c.

Lectio VIII.

NEQUE etenim in universo mundo tanta fidelium mesis exurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud se metipsum dicat: Ego iam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod ver-

bis dicit, mortibus non contradicit. Hinc enim, quod de quibutdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

R. Sint lumbi vestri, &c.

Lectio IX.

SIGNA autem eos, qui credituri sunt, haec sequentur: In nomine meo Dæmonia ejcent, linguis loquentur novis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Numquid nani, fratres nici, quia ista signa non facitis], minime credi-

ut sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem creceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos cum arbusta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quouique ea in terra jam coaluisse videamus: & si temel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

Te Deum, &c.

In Laudibus fit commemoratione Feriae,

In secundis Vesperis fit commemoratione Feriae, & Sanctæ Barbaræ.

Missa propria, cuius

Istrorūtus: Loquēbar de testimonijs, &c. ex communi Virgini. Martyr. Psalmus totus: Laudate Dominum omnes Gentes. Epistola ex Feste S. Andreæ Apostoli: Corde enim creditur, &c. Evangelium: Euntes in mundum universum. ex Feste SS. Cyriaci, & Soc. Mart. 8. Augusti. Oratione. Deus, qui India rum Gentes, &c. ut supra. Secreta, & Postcommunio ex Missa: Justus ut palma. Offeritorium, & Commun. ex Missa: Os Iusti.

Die vi. Decembbris.

In Feste S. Nicolai Ep. & Conf. ex semid.

nunc duplex.

Die

Dic viii. Decembas.
 In Festa Conceptionis
 Beatissimæ Virginis
 Mariae, duplex 2.
 Clavis cum Octava.
 In 1. Vesp. Omnes ut
 notatur in Brev. Rom.
 & fit comm. S. Ambr. &
 fer.

Ad Matut. Invit. &
 reliq. quoad Offic. &
 Miss. ut in Brev. &
 Miss. Rom.

Infra Octavam Con-
 ceptionis.

Officium de Octava
 dicitur ut in die Festi
 præter Lectiones, quæ
 dicuntur, ut infra as-
 signantur.

Hymni ejusdem me-
 tri terminantur, Ite
 tibi sit gloria, &c. tam
 in Officio Conceptionis,
 quam Dominicae, & Fe-

storum infra dicto occurr.
 Ad primam loco Ver.
 Qui venturus es in
 mundum, dicitur.
 Qui natus es de Maria
 Virgine, etiam in Do-
 minica, & festis infra
 Octav.

Dominica infra O-
 tavam fit Officium de
 ea Dominica Adventus,
 quæ occurrerit cum
 com. Oct. Concept. Non
 dicuntur preces ad Com-
 pletorium, neque ad pri-
 mam: in qua tamen re-
 citantur omnes Psalmi
 Dominicae, & hymbo-
 lum, Quicunque, &c.
 Missa de dicta Domini-
 ca, sine Gloria. secun-
 da Oratio de Octav.
 Conceptionis, cum Cre-
 do, & Præfat. de B. Ma-
 ria, Et te in Concep-
 tione: Benedicamus
 O g Do-

Domino, color violaceus
in hac die, in reliquis diebus infra Octavam
color albus, & in Missa de B. Maria, & Ite
Missa est.

Si Festum Conceptio-
nis occurrat in Domini-
ca secunda Adventus
transfertur in primam
diem non impeditam: &
in secundis Vesp. Domini-
cæ, quando in Jequen-
tem diem transfertur,
fit totum Officium de
Conceptione cum comm.
Dominicæ, & etiam in
secundis Vespris Conce-
ptionis fit comm. feriae,
S. Melchiadis. Sabbato
vero proximè Jequenti,
quia dies octava Concep-
tionis non transfertur,
neque de ea fieri potest
Officium, nisi per so-

lam commemorationem
in Dominica; ideo in
primis vesp. Dominicæ
tertiæ dicuntur Anti-
Gloria, Credo, Präfat.
phona, & Psalmi. de
Sabbato, scilicet, Bene-
dictus, &c. Capitulum,
& cætera de 'Dominica
tertia, & post Orationem
Dominicæ, fit commem.
de die Oct. ut in primis
Vesperis Festi. Deinde S.
Eusebij Ep. & Mart.
Psalmi in Matutino, &
Laudibus, ut in Psalte-
rio die Dominicæ; cæ-
tera ut in 'Dominica
tertia Advent. in Lau-
dibus fit commem. Octa-
væ Concept. & S. Euse-
bij.

Non dicuntur preces
ad Completorium, neque
ad Primam, in qua ta-
men dicuntur Psalmi

con.

consueti cum symbolo,
Quicumque.

Missa de eadem Dominica, sine Gloria, cum commem. Octav. & S. Eusebij Credo, & Prefatio de B. Maria. Benedicamus Domino. color viol.

Quando Festum S. Luciae occurrens in tercia Dominica Adventus, transfertur in sequentem diem, in 2. Vesperris S. Luciae, Omni. de Octava Concept. comm. S. Luciae, Feria, & S. Eusebij

Occurrente fer. 4. quatuor temporum diebus: 4. vel 5. Decemb. Septima scilicet infra Octav. & die Octav. Concept. in primo Noct. Offic. de Octav. leguntur Lect. de Parab. Salom. Ego sapientia ha-

bito, &c. quæ ponitur in primo Noct. Festiv. S. Mariæ ad Nives, & 9. Lect. de bomil. quatuor temp. de eaque fiat commem. ut in suo loco, &c.

Missa occurrente in die septima erit de fer. quatuor temp. cum com. Octav. in die vero Oct. erit de Octava cum com. & Evang. fer. in fine cum reliquis, ut ponitur suis locis.

Dic ix. Decembris.
Secunda die infra Octavam Conceptionis B. Mariæ.

In primo Nocturno. Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno
De Sermone S. Augustini Epitopi.
Serm. 18. de Sanctis in medio.

Le-

Lectio IV.

Exultat Maria, & Matrem te læta miratur, & de Spiritu Sancto se peperisse gaudet; nec quia peperit innupta, terretur: sed quia genuerit, cum exultatione mifatur. O fæmina super fæminas benedicta! quæ virum omnino non novit, & virum suo utero circum dedit! Circumdat virum Maria Angelo fidem dando, quia Heva perdidit virum, serpenti consentiendo. O felix obedientia! O insignis gratia! quæ dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. **Hinc** promeruit gloriam, quam i-

pia postmodum auxit. Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

R. Conceptio gloriæ Virginis Mariæ, ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David: * Cuius vita inclyta cunctas illustrat Ecclesiæ. ¶. Hodie concepta est Beata Virgo Maria ex progenie David. Cujus vita.

Lectio V.

O Beata Maria, quis tibi dignè valeat ura gratiarum, ac laulum præconia repensere, quæ singulari uo assentu mundo uocari perditu? Quas tibi laudes fragilitas humani generis persolvat, quæ solo tuo

tuo commercio recuperandi aditum in-
venit? Accipe itaque quacunque exiles , quacunque meritis tuis impares gratia- rum actiones: & cùm suscepis vota , cul- pas nostras orando excusa. Admitte no- stras preces intra ta- crarium exauditionis , & reporta nobis anti- dotum reconciliatio- nis.

R. Cum jucundi- tate Conceptionem Beatæ Mariæ celebre- mus: * ut ipsa pro no- bis intercedat ad Do- minum Iesum Chri- stum. **V.** Corde , & animo Christo cana- mus gloriam in hac sacra solemnitate præ-

cessæ Genitricis Dei Mariae. Ut ipsa.

Lectione VI.

SIt per te excusabile, quod per te ingerimus: fiat impetrabile, quod fida mente possumus. Accipe quod offerimus , redona , quod rogamus , ex- cusa , quod timemus ; quia tu es ipes unica peccatorum. Per te speramus delictorum veniam ; & in te Bea- tissima , nostrorum est expectatio præmio- rum. Sancta Maria , succurre miseris , juva pusillanimes , resove flebiles , ora pro po- pulo , interveni pro clero , intercede pro devoto fœmineo te- xu: tentiant omnes tuum juvamen , qui- cun-

cunque celebrant tuam sanctam Conceptionem.

R. Conceptio tua,
Dei Genitrix Virgo ,
gaudium annuntiavit
universo mundo : *Ex
te enim ortus est Sol
justitiae, Christus Deus
noster : * Qui solvens
maledictionem, dedit
benedictionem , &
confundens mortem,
donavit nobis vitam
tempiternam. **V.** Be-
nedita tu in mulie-
ribus , & benedictus
fructus ventris tui. Ex
te. Gloria. Qui tol-
vens.

In tertio Nocturno.

**Lectio S. Evangelij se-
cundum Matthæum**

Lectio VII.

Liber generationis
Iesu Christi Filij

David, filij Abraham.
Abraham genuit Iaac.
Iaac autem genuit Ja-
cob. Et reliqua.
Homilia S. Hieron.
Presbyteri.

*Lib. I. Comment. in Matth.
in initio.*

IN Isaia legimus :
Generationem e-
jus quis enarrabit ?
Non ergo putemus E-
vangelistam Prophe-
tæ esse contrarium ,
ut, quod ille impossi-
bile dixit effatu , hic
narrare incipiat : quia
ibi de generatione Di-
vinitatis , hic de in-
carnatione est dictum.
A carnalibus autem
cœpit , ut per homi-
nem, Deum discere ,
incipiamus. Filij Da-
vid , filij Abraham.
Ordo præposterus , sed
ne-

necessariò commutatus. Si enim primùm posuisset Abraham, & posteà David, rursum ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur.

R. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. **V.** Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit.

Lætio VIII.

Ideo autem cæteris prætermissis, horum filium nuncupavit; quia ad hostium facta est de Christo re promissio. Ad Abraham: In semine,

inquit, tuo benedictur omnes gentes, quod est Christus. Ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. Notandum in genealogia Salvatoris nullam Sanctorum assumi mulierum, sed eas quas Scriptura reprehendit: ut qui propter peccatores venerat, de peccatoribus na scens omnium peccata deleret. Vnde & in consequentibus Ruth Moabitis ponitur, & Bethsabee uxor Vriæ.

R. Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima. * Quia ex te ortus

tus est Sol iustitiae, *
Christus Deus noster.
¶ Ora pro populo, interveni pro Clero, intercede pro devoto fæminco sexu: tentiant omnes tuum iuvamen, quicunque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia. Gloria. Christus.

Lectio IX.

Iacob autem genuit Joseph. Hunc locum objecit nobis Julianus Augustus, de dissonantia Evangelistarum, cur Evangelista Matthæus Joseph dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellarat Heli: non intelligens consuetudinem Scripturarum; quod alter secundum naturam, alter secundum

legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Moylen, Deo jubente, præceptum, ut si frater, aut propinquus absque liberis mortuus fuerit, alius accipiat uxorem ad sustinendum semen fratris, vel propinquui sui Joseph virum Mariæ. Cum virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis Scripturarum, quod sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores. Te Deum laudamus.

*In Laudibus fit cont.
Feriae: cui in Vesper. ad-
ditur S. Melchiadis Par-
pæ & M.*

Die x. Decembris.
*Tertia die infra Octa-
vam Concept. B. Marie.*

In primo Nocturno.

Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno

Sermo S. Bernardi Ab.

Serm. in cap. 12. Apoc.

Lectio IV.

NOvum fecit Dominus super terram, ut mulier circumdaret virum, nec alium, quam Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quoque fecit in Cœlo, ut mulier sole appareret amicta. Denique & coronavit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua. Verum hoc alias.

Intervenit tamen ingredi-
mini magis, & videte
Reginam in diadema-
te, quo coronavit eam
filius suus. In capite,
inquit, ejus corona
stellarum duodecim.

R. Conceptio. f. 220.

Lectio V.

Dignū planè stel-
lis coronari ca-
put, quod & ipsis lon-
gè claris micans, or-
net eas potius, quam
ornetur ab eis. Quid-
ni coronent sidera,
quam sol vestit? Sicut
dies verni circumda-
bant eam flores rosa-
rum, & lilia conval-
lium. Nimirum læ-
va sponsi sub capite e-
jus, & jam dextera il-
lius amplexatur eam.
Quis illas æstimet
gemmas, quis stellas

nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est?

R. Cum jucund. f. 221.

Lectio VI.

Quid ergo sidere. Qum micat in generatione Mariæ? Pla-
nē quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahæ, quod genera-
tora ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generationi illi ob singulare privilegium sanctitatis di-
vinitus noscitur esse concessa: quod longè antè eisdem Patribus cœlitùs repromissa, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænū-
tiata Propheticis. Hāc enim sacerdotalis vir-
ga, dum sine radice

floruit: hanc Gedeo-
nis vellus, dum in me-
dio siccæ areæ maduit: hanc in Ezechielis vi-
sione orientalis porta,
quæ nulli unquam pa-
tuit, præsignabat. **R.** Conceptio tua. f. 222.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij se-
cundum Matth. c. I.

Lectio VII.

Iber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Ja-
cob. Et reliqua. De Homil. S. Hilarij Ep.
Comment. in Matt. can. 2.

Non refert, quis in originis numero, atque ordine colloce-
tur, dummodò uni-
versorum familia cœ-
pta esse intelligatur ab una.

una. Itaque cùm ejusdem tribus sit Joseph, & Maria, dum prosectorus esse ex Abraham genere Joseph ostenditur, prosectora quoque docetur & Maria. Hæc enim in lege ratio servata est, ut si mortuus sine filijs familiæ Princeps esset, defuncti uxorem posterior frater ejusdem cognitionis acciperet, suscepitosque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret: maneretque ita in primogenitis successionis ordo; cum patres eorum, qui post te nati essent, aut nomine haberentur, aut genere. R. Beatam, f. 223.

Lectione VIII.

Sequens illud est, ut quia diximus, secundum rerum fidem generationis istius ordinem nec numero sibi, nec successione constare, hujus quoque rei ratio afferatur. Non enim levis causa est, ut aliud in narratione sit, aliud fuerit in gestis: & aliud referatur in summa, aliud vero teneatur in numero. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratae sunt: & à David usque ad transmigrationem Babylonis in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacij, aut negligentiaz vitium est.

Tres enim ratione
præteritæ sunt. Nam
Joras genuit Ocho-
ziam, Ochozias ve-
rò genuit Joam, Joas
deinde Amasiam, A-
masias autem Oziam:
& in Matthæo Joras
Oziam genuisse scribi-
tur; cùm quartus ab
eo sit. Hoc ita, quia
ex gentili fœmina Jo-
ras Ochoziam genuit,
ex Achab scilicet, qui
Jezabel habuit uxo-
rem. *R. Felix, f. 223.*

Lectione IX.

Denique per Pro-
phetam non nisi
quarta generatione in
throno regio Israelis,
quemquam de domo
Achab esse lessurum,
dicitur. Purgatâ igit-
tur labé familiæ genti-
lis tribus, quæ præte-

ritis jam regulis, in
quarto generationum
consequentium ordi-
ne numeratur, & us-
que ad Mariam gene-
rationes quatuorde-
cim esse scribuntur,
cum in numero de-
cem & septem repe-
riantur, nullus error
esse poterit scienti-
bus, non eam solum
eple Domino nostro
Iesu Christo originem,
quæ cœpit ex Maria:
sed in procreatione
corporeâ nativitatis
æternæ significantiam
comprehendi. Te De-
um. Laud.

*In Laudibus fit com-
memor. Feriæ, & S. Mel-
chiadis Papæ & Mart.*

*Vesperæ à Capitulo de
S. Damaso Papa, & Conf.
cum Commem. Oct. & Fer.*

Die

Die xi. Decembris.
Quarta die infra Octavam Conceptionis
 Fit de S. Damaso Papa,
 & Confessum commem.
Octava Concept. & fer.
In secundis vesp. à cap.
de Octava, cum commem.
S. Damasi, & Feriae.

Die xii. Decembris.
Quinta die infra Octavam Conceptionis.
In primo Nocturno
Lectiones de Scriptura
occurrente.

In secundo Nocturno
Ex Lib. S. Epiphanij ad-
versus hæretes.

Lectio. IV.

BEATA Mater Dei
 Maria per Hevam
 significatur, quæ per
 ænigma accepit, ut
 mater viventium vo-
 cetur. Illa etenim ma-
 ter viventium vocata

eit, etiam postquam
 audivit: Terra es, & in
 terram reverteris, post
 transgressionem. Et
 mirum est, quod post
 transgressionem hoc
 magnum cognomen
 habuit. Et quod qui-
 dem pertinet ad rem
 sensibilem, ab illa He-
 va omnis hominum
 generatio deducta est
 in terra; hic autem ve-
 rè à Maria hæc vita
 mundo genita est, ut
 viventem gigneret, &
 fieret Maria Mater vi-
 ventium. Per ænigma
 igitur Maria Mater vi-
 ventium appellata est.

R. Conceptio. f. 220.

Lectio V.

HEVÆ datum est
 operire corpus
 sensibile propter nu-
 ditatem sensibilem:

Ma-

Mariae verò datum est
à Deo, ut pareret no-
bis Agnum, & ovem,
& ex gloria ipsius A-
gni, & ovis fieret no-
bis velut à vellere infa-
pientia per virtutem
ipsius, indumentum
incorruptibilitatis. He-
va etiam mortis causa
facta est hominibus :
per ipsam enim mors
ingressa est in mun-
dum : Maria verò cau-
sa vitæ, per quam ge-
nita est nobis vita, &
per hanc filius Dei ad-
venit in mundum : &
ubi abundavit pecca-
tum, ibi superabun-
davit & gratia : & un-
de illata est mors, il-
linc processit & vita,
ut vita pro morte fie-
ret : & qui per mulie-
rem nobis vita factus

est, mortem ex mu-
liere inductam exclu-
deret. Et quoniam
illic Heva, cùm adhuc
esset Virgo, per ino-
bedientiam transgres-
ta est : è contrario per
Virginem obedientia
gratiae facta est, an-
nuntiato adventu in
carne de cælo, & vita
æterna. R. Cum ju-
cunditate. f. 221.

Lectio VI.

DEMaria accipitur
(licet mihi hoc
dicere) quod scriptum
est de Ecclesia: Relin-
quet homo patrem
iūcum, & matrem tu-
am, & adhærebit uxo-
ri suæ : & erunt duo
in carne una. Sanctus
autem Apostolus di-
cit : Mysterium hoc
magnum est; ego autē

dico in Christo, & Ecclesia. Et vide Scripturarum accuratam dicens proprietatem ; quod de Adam quidem dixit , formavit : de Heva verè, non formatam esse, sed ædificatam. Accepit enim, inquit, unam de costis ejus , & ædificavit ipsi in uxorem. Quo ostendat, Dominum quidem de Maria efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa vero costa ædificata esse Ecclesiam , in eo quod punctum , & apertum est ipsius latus, & mysteria languinis , & aquæ , pretia redemptionis facta sunt. R. Conceptio tua, f. 222.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii

lij secundum Matthæum.

Lectio VII.

Liber generationis Iesu Christi , filij David, filij Abraham. Abraham genuit Iaac. Iaac autem genuit Iacob. Et reliqua. Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homilia 2. in Matth. post init.

Aviditu quidem mirabile est, quod ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest , nec cogitationibus comprehendendi , Patrique per omnia coæqualis , per Virginis ad nos venit uterum , & fieri ex muliere dignatus est , & habere progenitores David , &

& Abrahām : & quid dico , David , & Abraham ? etiam illas quod magis stupendum est , fœminas quas paulò antè memoravi . Hæc igitur audiens mente confurge , nihilque humile suspiceris , sed potius propter hominum maxime mirare , quia cùm verus , & dilectus filius sit sempiterni Dei , etiam filius David esse dignatus est , modò ut te filium faceret Dei : servum patrem habere dignatus est , ut tibi servo patrem faceret ipsum Deum .

R. Beatam. f. 223.

Lectio VIII.

V Ides ab ipso statim principio ,

quàm lata sint hæc nuntia . Quòd si ambigis de his , quæ ad tuum spectant honorem , ab ijs , quæ ilius sunt , etiam tua dice credere . Quantum enim conlequi potest humana ratiō , multò est difficilius Deum hominem fieri , quàm hominem Dei filium conlecrari . Cùm ergo audieris , quia filius Dei , filius sit & David , & Abrahæ ; dubitare iam desine , quòd & tu , qui filius es Adæ , futurus sis filius Dei : non enim semetipsum ita humiliasset , nisi nos esset exaltaturus . Natus est enim secundū carnem , ut tu nascere spiritu : natus est ex mul-

muliere, ut tu define-
res filius esse mulieris.

R. Felix. f. 223.

Lectio IX.

Propterea duplex
facta generatio est;
hæc tñlicet nostræ si-
milis, illa nostram e-
minenter excedens.
Quòd enim natus ex
fœmina est, & nobis
competit: quòd ve-
rò non ex sanguine,
neque ex voluntate
carnis, aut viri, sed ex
Spiritu sancto, aliam
nobis sublimiorem,
futuramque & spiritu
conicquendam gene-
rationem promittit.
Sed alia quoque om-
nia ex simili diversita-
te constabant. Nam
& baptisma profectò
tale suscepit, quod ha-
beret quidem aliquid

veteris, habéret & no-
vi. Quòd enim ba-
ptizatus est à Prophe-
ta, expressit vetus:
quòd autem descendit
Spiritus, adumbravit
novum. Te Deum lau-
damus.

*In Laudibus fit com.
Feriæ. Vesp. de S. Lucia V.
& M. cum comm. Octav.
Concept. & Feriæ.*

Die xiii. Decembris.
*Sexta die infra Octa-
vam, fit de S. Lucia V.
& M. cum com. Octavæ
Concept. & Feriæ, in
Laud. & Vesp.*

Die xiv. Decembris.
*Septima die infr. Octav.
In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.*

*Si autem bac vel se-
quenti die occurrat Fe-*

*Via v. quantum Tempor.
Lect. I. Noct. ut in Festa
B.M. ad Nives, & Nona
Lectio de Homil. Feriae.
cum eiusdem commem.
in Laud.*

*In secundo Nocturno
Ex Epist S. Ambrosij
Ep. ad Siricum Pap.*

Lectio IV.

DE via perversitatis produntur dicere: Virgo concepit; sed non Virgo generavit. Potuit ergo Virgo concipere, non potuit Virgo generare; cum semper conceptus præcedat, partus sequatur? Ied si doctrinis non creditur Sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis Angelorum dicentium: Quia non est impossibile

bile Deo omnīe verbum. Credatur ымbo Apostolorum, quod Ecclesia Romana intemeratum semper custodit, & ter- vat. Audivit Maria vocem Angeli; & quæ antè dixerat: Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogans, respondit postea: Ecce ancilla Domini, continet mihi secundum Verbum tuum.

& Conceptio. f. 220

Ex Lib. S. Hieronymi Presbyteri adverius Iovinianum.

Lectio V.

Christus Virgo, mater Virginis nostri Virgo perpetua, Mater & Virgo. Iesus enim

nim clauſſis ingressus
est ostijs: & in ſepul-
chro ejus, quod no-
vum, & in petra du-
rissima fuerat exci-
sum, nec antea quis,
nec poſteā positus eſt.

Hortus conſclusus,
fons signatus: de quo
fonte ille ſluvius ma-
nati, juxta Joel, qui
irrigat torrentem vel
funium, vel spinarum:
funium peccatorum, ejus,
quibus antea alligaba-
patris familias.

Hec te, & ſeductione i-
est porta orientalis, la ſoluta; qua ſedu-
ut ait Ezochiel, tem- etta eft male illa, quæ
per elata, & lucida, jam viro destinata e-
operiens in te, vel ex rat, Virgo Heva; per
te proſcrens fancta veritatem evangeliza-
sanctorum: per quam ta eft bene ab Angelo,

ordinem Melchiæ-
dech ingreditur, & er-
greditur.

¶ Cum jucund. f. 221
Exlib. S. Irenæi Ep. &
M. adverſus hæreſes.

Lectio VI.

IN tua propria ve-
niente Domino, &
tua propria cum ba-
julante conditione,
quæ bajulatur ab ipſo,
& recapitulationem
ejus, quæ in ligno
fuit inobedientiæ, per-
munt: spinarum, quæ cam, quæ in ligno eſt,
ſuffocant ſementem obedientiam facien-
tia patrum.

Hec te, & ſeductione i-
est porta orientalis, la ſoluta; qua ſedu-
ut ait Ezochiel, tem- etta eft male illa, quæ
per elata, & lucida, jam viro destinata e-
operiens in te, vel ex rat, Virgo Heva; per
te proſcrens fancta veritatem evangeliza-
sanctorum: per quam ta eft bene ab Angelo,

Sol iuſtitiae, & Ponti- jam tub viro Virgo
ſex noster secundum Maria. **Quemadmo-**
dum

dum enim illa per Angelicum sermonem seducta est, ut effugiet Deum, prævaricata verbum ejus: ita & hæc per Angelicum sermonem evangeliata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. Et sicut illa seducta est, ut effugiet Deum; sic hæc iuasa est obedire Deo, uti Virginis Hæve Virgo Maria fieret adlocuta. Et quemadmodum astrictum est morte genus humandum per Virginem, solvatur per Virginem: aqua lance disposita virginalis inobedientia, per virginalem obedientiam. R. Conceptio tua. f. 222.

In tertio nocturno.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum.

Lectio VII.

Liber generationis Jesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Iaac. Iaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homil S. Joannis Chrysostomi.

Cvus verò rei gratia librum ipsum generationis Christi vocat, ubi non sola unica generatio, sed tota proflus ipsius mysterij dispensatio continetur? quia totius scilicet dispensationis caput, radix, atque principium omnium nobis in hoc consistit bonorum: Ut enim Moyses librum cœli appellavit, ac terræ, cùm

cum certè non de cælo solum , terraque loqueretur ; sed de cunctis , quæ inter ipsa subsistunt : ita etiam Evangelista ab ipso omnium fonte , & capite bonorum librum vocavit .

*R. Beatam, &c f. 223.
Lection VIII.*

Quia verò de causa non cum antè filium Abrahæ , & postea filium David nuncupavit ? Non , sicut opinantur aliqui , ab inferioribus volens ad superiora concende-re . Cæterùm fecisset , quod fecit & Lucas : nunc autem è contrario facit . Cur ergo commemoravit priorem David ? Quia ipse procul dubio in

omnium vertabatur ore , ob insigne honori , & gloriæ , ob ipsius quoque temporis spatia junctiora . Etsi enim utriusque promiserat Deus , sed tamen illud quasi antiquum reticebatur , hoc vero quasi novum , & recens ab omnibus celebrabatur .

*R. Felix. f. 223.
Lection IX.*

Ipsi namque Iudæi dicunt : Nonne ex semine David , & Bethlehem castello , ubi erat David , venit Christus ? Nemo igitur illum filium Abrahæ , sed omnes filium David nominabant : qui etiam honorabiliores quoque de sanctitate Reges , qui

qui post David fuisse
referuntur, ab illo o-
mnes vocabant. Nec
ipsi solum, verum et-
iam Deus. Nam & E-
zechiel, & alij Pro-
phetæ dicunt, David
furrectum esse eis,
atque venturum: non
de illo utique mortuo
jam loquentes: sed de
ijs, qui illius virtutem
erant imitaturi. Pro-
pterea igitur à notio-
re interim, & cele-
bratiore persona su-
mit exordium: & tum
demum ad antiquio-
rem recurrit paren-
tem. Te Deum.

In Laudibus commem.
Feriae. Ad Vesp. duplex:
& omnia ut in primis
Vesp. Festi, cum comm.
Feriae, & S. Eusebij Epif.
& Mart.

Dic xv. Decembris.
Octava conceptionis dup.
In primo Nocturno.
Lectiones de Scriptura
occurrente.
In secundo Nocturno
De Expositione S. Gre-
gorij Pap. in libros
Regum. in I. Reg. I.
Lectio IV.
Fuit vir unus de Ra-
mathaim Sophim,
de monte Ephraim.
Potest hujus montis
nomine Beatissima
semper Virgo Maria,
Dei Genitrix, designa-
ri. Mons quippe fuit,
quæ omnem electæ
creatûræ altitudinem,
electionis tuæ digni-
tate transcendit. An
non mons sublimis
Maria, quæ ut ad
Conceptionem æter-
ni verbi pertingeret,

meritorum verticem quia nondum super-
supra omnes Angelorum choros, usque ad folium Deitatis crexit? Hujus enim montis præcellentissimam dignitatem Ilaias vaticinans, ait: Erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ suprà omnines Santos resulfit.

venerat Spiritus san-
ctus in Virginem, nec
umbra reverat ei, ut &
intra intemerata vi-
scera ædificante sibi
Sapientia dōmum,
Verbum caro fieret,
& forma Dei, ac for-
ma servi in unam con-
veniente personam,
Creator temporum
naturæceretur in tempore, & per quem facta
sunt omnia, ipse inter-

¶ Conceptio. f. 220.

Ex Epistola S. Leonis Pap. ad Pulcheriam Augustam. Epist. 13.

Lectione V.

Sacramentum re-
conciliationis no-
stræ ante tempora æ-
terna dispositum, nul-
la implebant figuræ:

omnia digneretur.
Nisi enim novus ho-
mo, factus in simili-
tudinem carnis pec-
cati, nostram suscipe-
ret vetustatem, &
consubstantialis Patri,
consubstantialis esse
dignaretur & Matri,
naturamque ubi no-
stram

stram solus à peccato
liber uniret; sub jugo
diaboli generaliter te-
neretur humana ca-
ptivitas.

R. Cum jucundi-
tate. f. 221.

De Expositione san-
ti Basili Episcopi in
Iaiam Prophe-
tam.

In cap. 8. post initium.
Lectio VI.

Acceſſi, inquit, ad
Prophetissam, &
in utero accepit, &
peperit filium. Quod
Maria Prophetissa fu-
erit, ad quam proxi-
mè accessit Iaias per
prænotionem spiritus,
nemo contradixerit,
qui sit memor verbo-
rum Mariæ, quæ Pro-
phetico afflata spiritu

elocuta est. Quid enim
ait? Magnificat anima
mea Dominum: &
exultavit spiritus me-
us in Deo salutari meo,
quia respexit humili-
tatem ancillæ suæ:
ecce enim ex hoc
beatam me dicent o-
mnes generationes.
Quod si animum ac-
commodaveris uni-
versis ejus verbis, non
utique contentiosè
negaveris: eam fuisse
Prophetissam, quod
Domini spiritus in e-
am supervenerit, &
virtus Altissimi ob-
umbraverit ei.

R. Conceptio tua.
f. 222.

In tertio Nocturno
Lectio S. Evangelij se-
cundum Matth.

Cap. I.

Le-

Lectio VII.

LIber generationis Jesu Christi, filii David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

De Homilia S. Ioannis Chryostomi.

Do volunt, quæ parciunt quæstionem. Vnum, quæ causa, ut in generationum catalogo Virgo sileatur: alterum verò, qua ratione Iosph memoretur; cui certè nihil cum Christi generatione est communis. Videtur enim & unum abundare, & alterum deesse. **Quid ergò dicemus:** quod utique primum illud necesse fuerit memorari, quemadmodum

ex David Virgo descendenterit. Vnde hoc itaque discemus: Audi ad Gabriel loquenterum Dominum: Vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, ex domo, & familia David. Quid vis audire manifestius, cum ex domo, & familia David illam Virginem esse cognoscas?

R. Beatam. f. 223.

Lectio VIII.

Non erat mos apud Hebreos generationum catalogum per foeminas texere. Ut ergo & morem custodiret, néve in ipso statim principio videretur antiqua destruere, & nobis Virginem certius indicaret; parentes ejus

reticens atque majo-
res, de Joseph gene-
ratione non tacuit. Si-
ve enim hæc fecisset
in Virgine, novitatis
non effugisset invidi-
am: sive Joseph reti-
cuisset, non agnoscemus,
ex quâ tribu
Virgo subsisteret. Ut
ergo & nos discerne-
remus, quæ esset Ma-
ria, vel unde, & con-
suetudo legis perma-
neret immobilis: ge-
nerationum catalo-
gum usque ad spon-
sum ejus perduxit, ac
de domo illum David
esse monstravit. R. Fel.

Lectio. IX.

Hoc enim decla-
rato, illud quo-
que pariter ostendit,
quod scilicet inde es-
set & Virgo: quia u-

tique nequaquam ju-
stus iste pateretur u-
xorem sibi aliunde,
quam unde lex præci-
piebat, eligere. Possumus
vero aliam quo-
que & altiorum qui-
dem proferre ratio-
nem, ob quam pa-
rentes Virginis præter-
missi sunt. Sed quæ ca-
est? Noluit Evangelista,
recenti adhuc
tempore novi illius,
admirandique partus
Judæis esse manife-
stum, quod Christus
natus fuisset ex Virgi-
ne. Neque proprius
noster hic sermo est,
sed à nobis de Patrum,
atque insignium viro-
rum traditione suscep-
ptus. Te Deum.

In Laud. fit comm. feriae
& S. Eusebij Ep. & M.

F I N I S.

16 Maij 5: ubalbi Ep: et cons: omnia
de communi conf: Pont: ora: da quaten
In primo nocturno: de scrip: occurrenti
In 2do: led: et ubalbū Eugubij in umbria
nobili genere natu: a primis annis pie
late, et litteris egregie et institutu:
iamq: adolescens, ut uxorem ducere,
sapientia: nunquam tamen a pro
posito scrivanda virginitalis recessit.
sacerdos esse: patrimonium suum
pauperib: et Ecclesijs distribuit: et Ca
nonicorum regularium ordinis s: Augu
stini institutione suscipiens: illus
in Patriam transiit, atq: in ea
aliquandiu sanctissime vixit, cuius
sanctitatis opinione euulgata ab Homo
rio 2do summo Pontifice Ecclesie Eugub
inae invita proficitur. Nam cum
multis viris summa cum laude gu
vernasset, sanctis operib: ac miraculis
clarus qui vixit in pace; cuius vita
principue in effugandis spiritibus im
mundo eluet. Cum vero latet in
Papa 3: in ss: numerum retulit. Rx in
ueni David serum meum oleo 5:
led: 5: et 6: ad sancti, ac beatissimi DN
An 3 nocti Evangelium Homo per eum
proficiunt. Us in communi Pontif:

24 septembris factum. B:V: M: De Mercado
re deos baptizorum yspie Te preceps.
gratia

Deus, cui gloriosissimam filij tui Matrem
et liberandos Christi filios a potestate
de Paganorum noua Ecclesiam tuam
prole amplificare dignatus es: praesta
quaesumus: ut quam plie veneremur
tanti operis insitricem, eis pariter me-
ritis, et intercessione a peccatis omnibus,
et captivitate Demonis liberemur. Per eum
In i no[n]: ut in festo ad hunc. In 2do no[n]:
Pro tempore maior, filiorum Hispaniarum
pars vero saracenorū opprimebatur
inge, innumeris fideles sub immensi
vilem maximo cum periculo Christiana
fidei aburanda, amittenda salutis alu-
na infelixiter detinebantur. Beatissima Co-
lorum regina tot tantisque benignitas occur-
rens malis nimiam Charitatem suam
in ijs vestimentis ostendit. Nam s: Pedro No-
lasco pietate, et opib: florenti, qui sancti
vacans meditationib: ingiser animo recu-
gitabat, qua ratione tot Christianoru-
morum manus captivitate degre-
sium succurri posset, istamel Beatisimi
virgo serena fronte se conspicendum
dedit, et acceptissimum sibi ac seruige-
nito filio suo fore dixit, si enim in

honorem institueretur ordo religiosorum
quibus cura incuberet, captives & turca,
viam tyrannie liberandi quâ celesti
visione vir. Et ergo exinde mirum est
quod charitatis ardore, flagrare experit
hoc unum cernens in corde suo, ut ipse
ac instauranda ab ea religio maximam
illam charitatem sedulo exerceveret,
ut quisq; animam suam poneres pro
amicis, et proximis suis. Et sic ut cetero.
Et ipsa nocte B: v: Beato Raimundo de
Penaforte, et Jacobo Aragonia Regi appa-
ruit id ipsum de religiosis instituendis
admonens, suadens, ut opem pro construc-
tione tanti operis ferrent. Petrus aubem-
stalim ad Raimundi pedes, qui ipse erat
a sacris confessionibus aduolans, ei
rem omnem aperuit, quem etiam calibz
instratum reperit, eiusq; directioni
se humilime subiecit. Et superueniens
Jacobum rex, quam, et ipse accepit a Bondi
virgine regulationem, eaeque stabuit.
Unde collatis inter se consilio, et conser-
tientibus animis, in honorem eiusdem v:
Malvit ordinem instituerit aggressi-
sunt sub invocatione sancte Madelie de
mercede redemptionis, captiuorum. Quod il-
lud dicitur 10 Augusti, anno ducentesimo
mo Iuuenitio decimo octavo rex. Item
Jacobus eam institutionem iam priuen-

Ab eisdem sanctis conceptam exequi statuit generalis quarto voto assuetus manendi insipiens sub pagorum potestatis si pro Christianorum liberatione opus fuerit. Quibus Rex ipse arma sua Regia inspectore deferre concessit, et a Gregorio VIII illud tam praeclentissima erga proximum charitatis institutum, et religionem confirmari curauit, sed et ipse Deus per nos Matrem invermentum dedit, ut talis institutio celleretur, ac feliciter totum per orbem divulgaretur, sanctisq; viris formatur, charitate, ac piitate insignitus, qui elemosynas a Christi fidelibus collectas in pretium redemptionis suorum proximorum expendarent, secundum ipsos interdum facient, in redemptionem multorum, ut autem tantum beneficij, et institutionis debita dabo, et virginis Marii referantur gratia, sedes Apostolica hanc peculiarem festinatorem celebrari, et officium recitari indulxit, cum alia vero innumeris eidem ordini privilegia pariter confulisset. Ornata in monilibus
In 3 nod 88 Basta es Maria deo genitrix Patrona, et auxiliatrix nostra, cu[m] nula haec tua ad fidelium redemtionem insitula est Religio. Utua sancta in excessione aliquia nos p[re]irgo immaculata, cu[m] nula gloria Patris. cu[m] muta. In r[ec]uperari

Ad M̄nificos Antiph. Beata m̄ me dicent
omnes generationes quia Ancillam huius
lēm respexit Deus.

12 Augusti Officium s: Clarae vīg: Duplex
In 1 noct: Te script: In 2 noct: Lect: 4.
Clara Nobilis vīrgo Assūt nata in Umbria
et franciscum conciuam suum immitatā
sua bona in eleemosynas, et pauperum sub-
sidia distribuit, et concertit. De Isaeuli
traputa fugiente in Campitrem declina-
uit Ecclesiam, ibi ab eodon B: francesco
recptā lōnurā consanguineis ipsam redu-
cerat conuentibꝫ fortiter vestit. Et Deniqꝫ
ad Ecclesiam s: Daniellū fuit per eam
Iem addeba, ubi ei domini plures socias
aggregavit, et hic ipsa sacra munitione
collegium instituit, quācum regimērū nimia
s: francisci Devicta importunitate recipit.
inīus monasterium sollicita, et prudenter in
timore dñi, ac plana ordinis observantia
annis qꝫ mirabiliter gubernauit. Eius
enī vita erat alijs crudelio, et doctrina,
unde cetera vivendi regulam didicerunt.
¶ Propter veritatem. Lect: 5:

Ut carne regressa spiritu convalescet, nudam
humum, et interdum sarmenta pro lacto
habebat, et pro pulchritudi sib̄ capite luxu
signum. Una tunica cum mattole de
vili, et hispido panno vtebatur, aspero
cilio normulquā adhibito iuxta carpe-

lambta se frangabat abstinentia, ut longo
tempore tribus in hepaticam diebus nullis
panibus pro corporis sui alimento gustu
uerit: reliquit vero diebus ali scilicet
rum paucitate restringens, vel alia, que
modo se sustentare poserat, mirarentur
binas gustantes. Ante quinam agrotabat
quadragesimas solo patre, et aqua refec-
ti ieiunabat vigiliis eiusper, et orationibus
assidue. Dedita, in his praecepsus dies, et
noctes expendebat. Subturnis perplexa
languoribus, cum ad exercitium corpo-
rale non posset surgere percepit
sororum suffragio levabatur, et fulci-
mentis ad ergum positis laborabat
proprijs matribus, ne in suis aliis
infirmis laboribus, et oblochia amictus pro-
qua paupertatis ab ea pro nulla
unglam necessitate discepit, et posse
sciones pro sororum suspenzione a
Gregorio oblatas constantissime re-
cepit. A dilectissimi iustitiam. Leit.
Mellis, et varijs miraculis virtutibus sanc-
titatis effundit, cuiam de votis suis
Monasterij loquaciam recitavit expedita.
alii curcum surdorum apparuit. Laboran-
tum hebre, bimamenteum Hydonisi, pla-
gatum fistula, aliasq; alijs operas
languoribus liberavit. Tunc etiam de
ordine mitorum ab insanis passione
sanctis. Cum oleum in Monasterio

totaliter defecisset, Clara accepit utrum
alg. lauit, et inuenit est oleo, beneficio
gloriae largitatis impletus. unius panis me-
dictam ad eum multiplicauit, ut sororibus
et sufficeret. saracenis Assisium obseruentibus
Clara Monasterium invadere conantibus
Agra se ad portam afferre voluit, unde
vas, in quo sumnum Eucharistie sacra-
mentum erat inclusum, ibi orauit, ne
leadas Ite bestiis animis conscientes
tibi, et custodi famulas, quas prelio
sanguine redemisti. In unius oratione
calix audita est. Ego nos semper custo-
diam, saraceni autem partim se fugi-
mandarunt: partim, qui murum atter-
derant capite oculis precipites cecide-
runt. ipsa Deniz, virgo, dum in extre-
mis ageret, a candido Beatorum vir-
ginum Calu; inter quas una eminen-
tior, a fulgidior apparebat: visibilia
Eucharistie sacra sumpta, et peccatorum
indulgerentia ab innocentio & dilecta-
zione fui Augusti animam Deo redi-
xit. Post obitum vero quam pluri-
mis miraculis resplendentem Albaean-
der q. inter sanctas virgines retrulit.
& affervensur. In 3 noct. Euangelium
simile est Regnum Caelorum Ieum
virginibus